Sed illud quaeri potest, etc.] Totum hunc §. Triboniano adscribit Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 51. *error.* 7. *seqq.* quem non sequor. add. Idem, *in Cod.* VI. 6. *Def. ult. not.* 27. ubi et in textu habet alia *παράδοξα.*

L. LXXII.

Terentius Clemens Lib. IV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 219.] (1).

(1) Add. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 293. *Si quis solidum* a Lege *capere* etc. dicitur pro *ob Legem.* Vid. Voorda, *Interp.* I. 17. *p.* 54. Dissertationem ad hanc Legem conscripsit Fred. Bern. 's Jacob. Lugd. Batav. 1798.

L. LXXIII.

Gajus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 413.

Pure eum heredem substituere intellegimur.] Facit huc *L.* 72. *de adq. vel omitt. hered.*

L. LXXIV.

L. LXXIV.

Excepto *fundo*,] *Ex certo*, Donell. *Comm. Jur. Civ.* VI. 18. probante Bachovio, *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* 11. *Thes.* 4. *Lit. b. p.* 614. Ego non recedo a Vulg. cum Cujacio, eamque probant sequentia *excepto usufructu.* add. Hilliger. *ad Donell. d. loc.* et vid. de talibus casibus, ubi quaedam excipiuntur, Fab. *Cod.* VI. 6. *Def.* 5. add. Scip. Gentil. *de Errorib. Testam. Cap.* 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 45. *seqq.*] ubi Vulgatam tuetur, et Langebek. *Annotation. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 550.] (1).

Atque si sine ea re *heres institutus esset*:] Id est, *detracta ea exceptione.* Cujac. *ad h. l.* (2).

(1) Vid. et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 104. *seqq.* ubi de hac Lege.

(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

L. LXXVI.

Mariti manet,] D. Goth. *in not.* „Imo non manet. *L.* 20. *de don. int. vir. et ux.*" Non obstat. Vid. *ibid.*

Idem, *si accipiat libertatem* etc.] Pro *idem* Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* legit: *id est*, quod non puto necessarium esse. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 5. *num.* 16. *ideo*: non male.

Nec sine libertate aliquid ei legari potest.] Vid. tamen *L.* 22. *de donat. int. vir. et uxor.*

L. LXXVII.

Quem heredem codicillis fecero, etc.] Vid. *L.* 10. *de condit. institution.* (1).

(1) Add. Bynkersh. *Quaest. Jur. priv.* III. 4.

L. LXXVIII.

Qui non militabat, etc.] Quid in milite, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 9. in fin. et *error.* 10.

Factis adjudicationibus,] Vid. *L.* 35. *h. t. L.* 1. *Cod. Gregorian. fam. ercisc.* [in *Jurispr. antejustin. p.* 694.]

Et interpositis propter actiones *cautionibus*,] Id est, propter aes alienum. Cujac. *ad h. l.* Vid. de his cautionibus *L.* 20. §. 2. *L.* 25. §. 13. *fam. ercisc.*

Scil. ut quod vice mutua praestarent, etc.] Vid. Ant. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 5. *num.* 16. *seqq.* (1).

(1) Et Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 2.

Nihil autem interest, *quo loco sine portione quis heres instituatur*,] Ut hic filii.

Quo magis assis residuum *accepisse videatur.*] Id est, dextantem.

L. LXXIX.

Maevius, *quantum Titius*] Lege: *Titius*, *quantum Maevius* (1). Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. Leg. praec.* et *ad. h. l.*

(1) Sic et Hal. add. van de Water, *Obs.* I. 7. *p.* 46.

L. LXXXI. (1).

(1) *Clemens Patronus* etc. Nomen proprium. Cujac. *ad h. l.* add. van de Water, *Obs.* II. 4. *p.* 128.

§. 1.

Quanta ex parte me a Titio heredem institutum recitassem,] Jam antea (1).

Remota suspicione captatoriae institutionis.] Vid. Scip. Gentil. *de Errorib. Testam. Cap.* 6. in fin. [*Oper. Tom.*

Tom. I. *p.* 28.] et Bynkersh. *de Captator. instit. Cap.* 8. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 51. *error.* 5.

(1) Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 187. interpretem Latinum inepte haec vertisse putat.

L. LXXXII.

Si quis ita heres instituatur, si legitimus heres etc.] Non est haec substitutio, sed institutio (1).

(1) Add. Cujac. *ad h. l.* et Voet. *ad Tit. Pand. de lib. et postum.* §. 9.

L. LXXXIII.

Sed alia Lex,] V. C. *Julia. L.* 12. *qui et a quib. manumiss.* Brisson. *ad L. Jul. de adulter.* [*Cap.* 26. *Oper. minor. p.* 221.]

§. 1.

Apud Praetorem quaereretur:] An, *quaeretur* (1).

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.*

L. LXXXIV.

Non magnum videtur beneficium a defuncto consequi:] Add. *L.* 55. *h. t.*

L. LXXXV.

Aut, *quod abominor* (1),] D. Goth. *in not.* „*Aut* pro *et.*" Id non video.

Aut filium filiamve etc.] Qui ab intestato sit heres. Facit huc *L.* 82. *h. t.* add. Cujac. *ad h. l.* (2). *Aut* pro *et.*

Nam prudens consilium testantis etc.] Hinc colligunt, testatores praesumi prudenter disposuisse. Cyriac. *Con-*

 trov.

trov. 174. *num.* 36. quod tamen inde non potest deduci.

(1) Vid. de hac formula Trotz. *de Memor. Propag.* I. 2. §. 4. *p.* 120. add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *abominor*, ibiq. Heinecc.

(2) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de cond. instit.* §. 11. et Voet. *ad Tit. Pand. de lib. et postum.* §. 9.

L. LXXXVI.

Exspectantis (1) *extrinsecus positae conditionis eventum.*] Facit huc *L.* 4. *h. t.*

(1) Hal. *exspectando.* Vulg. *exspectato — eventu.* Vid. Brencm. *h.* qui id probat.

§. 1.

Sed sua sponte heredes exstiterunt,] Ergo manent *sui.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 8. *num.* 7. *seq.*

Si sui pariant,] Lege: *parcant.*

Jus abstinendi adsequi non debent,] Quod tantum datur, qui heredes inviti facti sunt. Cujac. *ad h. l.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 87. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Libb. Jur. epitom. Tom.* II. *p.* 663. *seqq.*

L. LXXXVIII.

Non potest adjectus efficere, ut qui semel heres exstitit, etc.] Add. *L.* 43. §. *ult. tit. seq.* Sed quidem interdum Lex. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. de hered. quae ab int. def.* Vid. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 27. *error.* 1. *num.* 16. *seqq.* sed caute, et late, *ibid. error.* 2. Sed non per omnia bene.

L. LXXXIX.

Paulus Lib. II. *Manualium.*] Junge *L.* 7. *ut leg. vel* fi-

fideic. serv. causs. cav. Merill. *Different. Jur. Cap.* 13. *seq.*

L. XC.

Testamento domini servus etc.] Add. *L.* 7. *h. t.*

L. XCI.

Imperatorem litis caussa etc.] Add. *L.* 22. §. 2. *de jur. fisci* (1). Hoc jus Pertinace (2) antiquius fuisse, putat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 68. *error.* 3. *seq.*

(1) Et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 3.
(2) Cui illud tribuit Justinianus §. *ult. Inst. quib. mod. test. infirm.* Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 8. *not.* 33. Sequitur: *nec* calumnia *facultatem* etc. Hal. et Vulg. *calumniae*, probante Brencm. *h.*

L. XCII.

Idem Imperialium sententiarum etc. *seu Decretorum* Libro secundo.] *Libro primo*, Cujac. *Obs.* II. 26. (1).

Pactumejus Androsthenes] Libertus scil., quomodo Pactumeja Theophila, apud Gruter. *Inscript. p.* 881. 7. De Pactumejis Bynkersh. *Obs.* III. 7. (2).

Pactumejo Magno occiso,] A Commodo. Vid. Lamprid. *in Commod. Cap.* 7. ubi Casaub. add. Merill. *Obs.* II. 23. (3).

Noviumque Rufum etc.] Meminit Inscriptio apud Gruter. *p.* 209. 1. (4).

Licet modus *institutione contineretur*,] *Modus* pro *caussa.*

Quia *falsus non solet obesse*,] *Qui falsus* etc. lege cum Cujac. *ad h. l.*

Putavit Imperator *ei subveniendum*, etc.] *Putarunt Imperatores* etc. et mox pro *pronunciavit*, *pronunciarunt* legit Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 13. [in Thes. Otton.

Tom.

Tom. IV. *p.* 579.] Sed, an non coram utroque res coepta, et ab uno potuit esse decisa?

Sed legata ex posteriore testamento etc.] Quod valebat, non obstante, quod testator, si rem scivisset, id non fuisset facturus. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 20. *error.* 9. *num.* 4. et *Dec.* 39. *error.* 5. *num.* 24. *seqq.*

(1) Sed vid. Bynkersh. *ad L. lecta. Cap.* 1. et in primis Schulting. *ad Paul. Sent. Lib.* I. *not.* 1. in *Jurispr. Antejustin. p.* 211. *seq.*
(2) Add. Otto, *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 39. et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 9.
(3) Et Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 62. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1175.
(4) Add. Spartian. *in Severo, Cap.* 13. Steph. *Nonium.* Vid. Brencm. *h.* Sequitur: *quia heredes, quos volui habere mihi*, continere *non potui.* De scriptura vocis *continere* in Cod. Flor. vid. Brencm. *h.* Al. habere *contingere*, observat D. Goth. *in not.* et habet etiam ipse Taurell. in margine.

TITULUS VI.

DE VULGARI ET PUPILLARI SUBSTITUTIONE (1).

(1) Doctrinam Juris Romani de vulgari et pupillari substitutione de industria exposuit Finestresius et de Monzalvo, etiam Thom. Papillon. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 669. *seqq.* et Franc. Ramos del Manzan. in Thes. Meerman. *Tom.* VII. *p.* 321. *seqq.* Alii etiam citantur in Biblioth. Jurid. Lipen. ejusque supplementis. Ad singulas hujus tituli Leges commentatus est Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior. p.* 941. *seqq.* et Ant. Goveanus, *Oper. p.* 104. *seqq.*

L. I.

L. I.

§. 1.

Heredis substitutio *duplex est, aut simplex: veluti* etc.] Al. *heredis institutio duplex est, aut simplex. Simplex, veluti* etc. Sic Rob. Steph. aliique, et post verba: *tunc Sejus heres mihi esto*, addunt: *Duplex est, veluti filius meus mihi heres esto* (1). Plenius omnino, quamvis non sine exemplo sit, ut res diversae ita jungantur, ut *L.* 72. *de contrah. emt.* etsi, ut verum fatear, omnia hic in Flor. magis hiulca sint.

Tunc Gajus Sejus heres mihi *esto.*] *Mihi* redundat, Cujac. *ad L.* 4. *h. t.* per *L.* 8. §. 2. *de bon. poss. sec. tabb.* Sed sic et *L.* 38. §. 1. *h. t.* add. Brencman. *ad Modestin. Eurematic. p.* 121.

(1) Sic fere et Hal.

L. II.

Moribus *introductum est*, etc.] Id est, Prudentum responsis, sive Jure Civili, non XII. Tabulis (1), quae de alieno disponere non sinebant. Ratio est potestas, et ne periculo a legitimo herede semper esset subjectus pupillus. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de pupill. subst.*

Nepotibus etiam possumus, etc.] Vid. Foquel. *ad pr. Inst. de pupill. subst.* (2).

Si heredes instituti sint, vel exheredati:] Juxta formulam Legis Vellejae.

Sed si extraneum quis impuberem heredem scripserit,] Etiam simpliciter. *L.* 23. §. 1. *de liber. et postum.*

Poterit ei substituere, etc.] Deinde, juxta *L.* 16. § 1. *h. t.* Vinn. *ad pr. Inst. de pupill. subst. num.* 4. (3).

(1) Add. Forner. *Rer. Quotid.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 257. Minus recte dissentit Heinecc. *in Ad-*

Additam. ad Vinn. ad pr. Inst. de pupill. substit. num. ult. et in *Antiq. ad eund. tit.* §. 2. *in not.*

(2) De scriptura seqq. verborum in Cod. Flor. vid. Brencm. *h.*

(3) Add. Calder. *Var. Lection.* I. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 597. Pro *filio praecedente*, Coras. *Miscellan.* VII. 14. *num.* 3. legit: *filio praedecedente.*

§. 1.

Ut, nisi adita quoque patris hereditas sit, etc.] In casu, quo pupillus exheredatus est, vel habet coheredes. Vid. ad *L.* 11. §. 1. *ad SCtum Trebell.* (1). Adde, quod nec valeat, si ob vitium testamenti hereditas adquisita non sit. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 12. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 714.

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 21. Sequitur: *et pupillo substitutum servandum.* Pro quo Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 22. §. 12. *p.* 97. legit: *et pupillo substitutionem factam servandam.*

§. 3.

Ego (1), *etiamsi minor* XXV. *annis* etc.] Extraneus repudians, filio mortuo, vel exheredato. add. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* XI. *Thes.* 9. *Lit. d. p.* 665.

Puto proficere secundis tabulis, etc.] Et ergo ipsi pupillo hoc utile. *L.* 42. *de adq. vel omitt. hered.*

(1) Sic Flor., quod praefert Leonin. *Emend.* V. 18. *num.* 1. Hal. et Vulg. *ergo*. Vid. Brencm. *h.*

§. 4.

Prius autem sibi quis debet heredem scribere, deinde filio substituere, etc.] Hoc procedit in casu filii exheredati. Foquel. et Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. de pupill. subst.*

subst. In filio instituto ordo non spectatur. Haec non satis distinguit Vinn. *ad d.* §. 5. *Inst. num.* 1.

Ad Virium Luppum (1). *Britanniae Praesidem*] *Lupus* in Inscriptione in Britannia reperta, et ad hunc, ut puto, pertinente, apud Gruter. *p.* 73. 5. (2).

Comprobata est.] D. Goth. *in not.* „*improbata*, Govean. etc. reprehensus a Roberto, etc." Etiam a Foquel. et Vinnio, *ad* §. 5. *Inst. de pupill. substit. num.* 1, et a Leoniño, *Emend.* V. 19. (3).

(1) *Lupum*, Hal. et MSS. Vid. Geb. *h.*
(2) Add. Reines. *in Epistol. ad Rupert. Ep.* 23.
(3) Sequitur: *constat enim unum esse testamentum.* Hanc Sabinianorum fuisse sententiam, dicit Merill. *Obs.* III. 12. Sed vid. Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 18. *num.* 2. *p.* 214. *seqq.*

§. 5.

Valet substitutio, licet conversa scriptura etc.] Facit huc *L.* 14. *de pec. legat.*

§. 6.

Ut non ordo scripturae, etc.] Facit huc *L.* 28. *tit. praec.* et *L.* 14. *de pec. legat.*

§. 7.

Quod igitur dictum est, singulis liberorum *substituere licere*, etc.] Pro *singulis liberorum* Cujac. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 23. §. 8. *not.* 17. legit: *etiam exheredatis liberis.* Sed Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. de pupill. substit.* haec ita explicat: licere parentibus singulis liberorum, quos in potestate habent, tam exheredatis, quam institutis, *substituere*, adeoque secundo loco, quod tamen non curatur, filio instituto, cum ibi per se sit successio, quae in casu exheredati nulla est (1).

(1)

(1) Add. Schulting. *ad loc. Ulpian. laud. not.* 18. Aliter Jo. Cannegiet. ad *d. loc. Ulpian. p.* 107.

L. III.

Cum filio impuberi etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Modestin. Differ. in expl. h. l.* (1).

(1) Add. Jo. van Nispen, *Diss. ad Modestin. Libb. Differ. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 18. *seq.*

L. IV.

Jam hoc jure utimur etc.] Olim haec valde controversa. Obtinuit tamen jam olim Crassi sententia, qui primum casum tacite secundo expresso contineri volebat. Vid. Cicer. *pro Caecin. Cap.* 18. *in Bruto, Cap.* 39. *et* 52. *de Orator.* I. 39. et II. 32. *in Topic. Cap.* 10. *de Invention.* II. 21. Quinctil. *Instit. Orator.* VII. 6. add. Balduin. *in Scaevola* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 497. *seqq.*] (1). Sed revera casus hic omissus absque juris singularis auctoritate suppleri non potuit a JCtis, ut merito urgebat Scaevola. add. *L.* 10. *de lib. et postum.* ibiq. Cujac.

In utrumque casum substituisse intelligatur.] Ergo et sub secundo continetur primus, quidquid dicat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 9. (2). In ratione danda haeret Merend. *Controv. Jur.* III. 43.

(1) Et D'Arnaud. *Vit. Scaevolar.* §. 34. *p.* 91. *seqq.*
(2) Add. Vinn. *Sel. Quaest.* II. 24. Late de hac Lege egit Brencman. *ad Modestin. Eurematic. Cap.* 7. et Averan. *Interp. Jur.* III. 16. *seq.* ad eamque Dissertationem conscripsit Dider. Schadee, in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 313. *seqq.*

§. 1.

§. 1.

Nam si pater duos filios etc.] Etsi ex diverso matrimonio. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 43.

§. 2.

Severus et Antoninus constituit:] Idque juxta Constitutionem D. Marci *L.* 2. *Cod. de impub. et al. substit.* quam per illam extendi opus non fuit, uti volebat Merill. *Obs.* VII. 34.

Incongruens enim videbatur, in altero duplex etc.] Nec mutat, si sit addita clausula codicillaris. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 42. ubi tamen, *Dec.* 44. aliud vult in casu *compendiosae*, quam vocant, si quis sine liberis moriatur.

Quo casu in utrumque eventum substitutus videbitur;] Adeoque pupillaris expressa vulgarem tacite continet. Vinn. *ad pr. Inst. de pupill. substit.* Male Triboniano haec adscribit Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 10.

Ne, si vulgari modo impuberi quoque substituat, voluntatis quaestionem relinquat, utrum etc.] Nondum igitur sub Modestino illa quaestio exclusa hoc casu. Aliud rescriptum *L.* 2. *L.* 4. *Cod. de imp. et al. substit.* et *L.* 6. *Cod. de testam. milit.* Vid. Brencman. *de Eurematic. Cap.* 7. *Sect.* 4. *et* 5.

L. V.

Gajus Lib. III. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 287.

An quod per Legem *alteram partem* etc.] L. Papia jus accrescendi permittebat liberis aliisque. *L.* 29. §. *ult. de Legat.* 2do. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 25. §. 17. add. Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in Jurispr. Rom. et

Attic. *Tom.* I. *p.* 1186.] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caduc. Cap.* 29. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 234. *seq.*] (1).

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. loc. cit. not.* 44.

L. VI.

Terentius Clemens Lib. IV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 219.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 286.

Si is, qui ex bonis testatoris solidum capere non possit, etc.] Ut uxor habens liberos ex priore tantum matrimonio (1).

(1) Minus bene Soarez. a Ribeira, *Obs. Jur. Cap.* 41. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 592. *seq.*

L. VII.

Papinianus Lib. VI. *Responsorum.*] Junge *L.* 15. *h. t.*

Verbis civilibus substitutionem post XIV. *annum aetatis frustra fieri convenit:*] D. Goth. *in not.* „nisi a milite. etc." addunt, nisi testamentum clausula codicillari sit munitum. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 8. *Def.* 19. quod tamen jus nostrum non finit.

L. VIII.

§. 1.

Et ideo neque pater, qui per filium, neque dominus, qui per servum etc.] Si illi in ipsius non sunt potestate. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. L.* 41. §. 1. *h. t.* (1).

Quia non ex judicio veniunt:] Expresse. Merend. *Controv. Jur.* VIII 3. *num.* 7. (2).

Quas

Quas in ipsius patrisfam. habuerunt hereditate.] Junge *L.* 10. *h. t.*

(1) Add. Vinn. *ad* §. 7. *Inst. de pupill. substit.*
(2) Add. Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* III. 18. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1257.

L. IX.

Si pater filio impuberi etc.] Abrogari videtur per *L. ult. Cod. de imp. et al. substit.* add. Merill. *ad* 50. *Decis. Justin. Cap.* 43. et Foquel. *ad Tit Inst. de pupill. subst. p.* 315. (1). Nec Wissenbach. *in Comm. ad d. l.* aliique satisfaciunt.

(1) Vid. et Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 18. *num.* 5. et Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 34.

L. X.

Ulpianus Lib. IV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 8. *h. t.*

Sed si plures sint ita substituti, etc.] Vid. *L.* 23. *h. t.*

Soli superstites ex substitutione heredes existent, etc.] Facit huc *L.* 81. *de adq. vel omitt. hered. L.* 42. *de adq. rer. dom.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 7. *num.* 7. *et* 8. (1).

(1) Ad verba seq. §. 1. *et fratrem suum*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 323. *seq.* add. notata superius ad *L.* 27. *de neg. gest.*

§. 2.

Filio impuberi herede (1) *ex asse instituto* etc.] Vid. ad hunc et seq. §. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 12. *h. t.*

Juncta enim hereditas coepit esse.] Aliud, si abstinuerit filius. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 12. *Thes.* 8. *Lit. a. p.* 714.

(1) *Heredi*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 3.

Nam neque filii hereditatem habere possum.] Separatim. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 15. *num.* 5. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 660.]

§. 4.

Nisi patris fuerit adita hereditas:] Vel suus heres exstiterit. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 12. *h. t.*

§. 5.

Et si quae postea pupillis obvenerint:] D. Goth. *in not.* „ Imo non ea. *L.* 22. §. 1. *de adoption.*" Est speciale. add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 8. *Def.* 12.

§. 6.

In adrogato quoque impubere dicitur, etc.] Qui militis heredi hic comparatur. Vid. ad haec Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 40. *h. t.*

Quae sententia habet rationem.] Et commodum quodammodo pupilli. *L.* 42. *de adq. vel. om. hered.* Vid. notata ad *L.* 22. §. 1. *de adoption.* (1). Ceterum rationes non leves sunt dubitandi ex *L.* 2. §. 1. *fam. erc. L.* 1. §. 21. *de collation.* Cujac. *ad L.* 8. §. 15. *de inoffic. testam.* Foquel. *ad pr. Inst. de pupill. subst. p.* 162.

Ut puta adrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit.] Hinc volunt, in donationibus spectari, cujus contemplatione factae sint, ut ad eum pertineant: male. Vid. Sand. *Decis.* II. 5. *Def.* 4.

(1) Add. Altamiran. *Tract.* X. *ad Libb. Scaev. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II.

§. 7.

§. 7.

Atque ideo repudiante Titio Stichum liberum et heredem fore.] Vid. Foquel. *ad Tit. Inst. de vulg. subst.* p. 45. *seqq.* (1).

(1) In seq. *L.* 11. intelligi *poenas* coelibatus et orbitatis, notat quoque Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 14. *not.* 2.

L. XII.

Si filius, qui patri,] Sola existentia.

Ac postea fratri etc.] Exheredato. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 15. *num.* 5. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 660.] post Cujacium, *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.*

Etenim jus dicenti propositum est, etc.] In Edicto *de abstinendo.*

Non patris, ut alias solet,] Vid. *L.* 79. *ad L. Falcid.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 7.

L. XIII.

Quo gradu heres etc.] Vid. *L.* 2. §. 6. *h. t.* (1).

(1) In seq. *L.* 14. *pubertati* scriptum esse pro *pubertate*, atque ita legendum, notat Brencm. *h.* add. Best. *de Rat. emend Leg. Cap.* 1. §. 3. *num.* 11.

L. XV.

Papinianus Lib. VI. *Responsorum.*] Junge *L.* 7. *h. t.* (1).

Sine liberis vita decesserint,] Haec conditio per se non facit substitutionem fideicommissariam. Grivell. *Decis.* 41. *num.* 33.

Post eam autem aetatem ex privilegio militum patris duntaxat,] Scil., capiat. Unde Merill. *Obs.* VI. 5. concludit, id fieri directo: de quo vide.

Cum fructibus inventis in hereditate.] Cum adiretur. Foquel. *ad Tit. Inst. de pupill. subst.* p. 190. *et* 202.

(1) Vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 4. *p.* 709. *seqq.* qui etiam alios laudat. add Soarez. a Ribeira, *Obs. Jur.* I. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 566.

L. XVI.

Nam et in legato in [*his*] *testamentis* etc.] Quibus impuberi substituitur. Male *his* uncis inclusum (1). add. *L* 87. *de condit. et dem.*

Vel testamenta [*et*] *codicillis confirmatis*] Male *et* uncis inclusum (2).

(1) Hal. et Vulg. *legato et testamentis.* Brenem. *h.*
(2) Apud Hal. *vel testamento et* absunt. Vid. Brencm. *h.* qui mavult: *vel et codicillis testamento confirmatis.*

§. 1.

Nihilominus id valebit,] Sunt enim quasi duo, ut non sit opus uno contextu.

Quia secundum non valet, in quo filius praeteritus sit.] Ergo in conditione positi non sunt vocati. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *error.* 5. Sand. *Decis.* IV. 2. *Def.* 1. (1).

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 10. *num.* 16. — Ad seq. *L.* 17. vid. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 191.

L. XVIII.

Quod si neque a patre, etc.] Haec esse ex nota Marcelli ad Julianum, putat Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de comm. serv. manumiss.* Dissentit Bynkersh. *Obs.* VII. 11. (1).

(1) Add. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 3. §. 8. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* 1. *p.* 85. *seq.*

L. XXII.

L. XXII.

Repellitur a substitutione.] Add. *L.* 2. *de his quae ut indign.* (1).

(1) Non obstare *L.* 34. §. *ult. h. t.* docet Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 191.

L. XXIII.

Qui plures heredes etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h l.*

Uno eorum defuncto,] Qui aderat.

Si conditio substitutionis exstitit,] Haec cum praecedentibus jungit Langebek. *Annotation. Cap.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 552.] quod non sequor (1).

Hi substitui videbuntur, qui heredes exstiterunt.] Vid. *L.* 45. §. 1. *h. t.* add. *L.* 10. *pr.* et *L.* 41. §. 1. *h. t.*

(1) Add. Cujac. *Obs.* X. 40.

L. XXIV.

Nisi forte alia mens fuerit testatoris, etc.] Vid. *L.* 23. et 24. *ad SCtum Trebell.*

L. XXV.

Et quodammodo duos gradus hujus institutionis *factos*;] *Substitutionis* Al. emendant, et mallet Foquel. *ad Tit. Inst. de pupill. substit. p.* 264.

L. XXVI.

Deinde vivo patre etc.] Lege: *fratre* (1).

Testamentum vivo (2) *rumpetur*:] Hoc mutatum *L. ult. Cod. de postum. hered. instit.* putant Balduin. *in Justinian. Lib.* II. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* I. *p.* 1114.] aliique.

Post mortem autem fratris vivo patre *natus*, etc.] *Vivo patre* expungit Ant. Faber, *Conject.* IX. 5. *num.* 14. non reluctante Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* XI. *Thes.* 3. *Lit d. p.* 607. Erit autem heres quasi primo loco scriptus. Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.* (3).

(1) Sic Flor. scriptum.
(2) *Vivo* malam repetitionem esse, censet Brencm. *h. l.*
(3) Pluribus hanc Legem, diverso tamen modo, explicuerunt J. C. Rucker. *Interpr.* II. 7. et J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 6.

L. XXVII.

Verius puto, in utramque partem etc.] Vid. *L.* 41. *h. t.*

L. XXVIII.

Lex Cornelia, quae testamenta eorum, qui in hostium potestate decesserunt, confirmat, etc.] Vid. Cujac. *Obs.* XV. 17. Merend. *Contr. Jur.* III. 32. Fab. *Jurispr. Papinian. Scient. p.* 648.

Non commode (1) *dicitur, hereditatem ejus* ex ea Lege *ad substitutum pertinere:*] Ex mente Legis. Sic non obstat *L.* 10. §. 1. *de captiv. et postlim. rev.*

Ut is, qui nulla bona in civitate reliquit, etc.] Ac fingitur mortuus tempore captivitatis. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* XI. *Thes.* 9. *Lit. g. p.* 674.

Quare etiam si pubes, etc.] D. Goth. *in not.* „*impubes*, Cujac. *ad L.* 10. etc. (2)" Non recte. Bachovius, *loc. modo cit. p.* 675. confert casum *pupilli* praecedentem cum alio ejus, cui substitui nequit.

Non filii ex Lege Cornelia,] Quae alioquin et de intestatis disponit. *L.* 10. §. 1. *de captiv. et postlim. rev.*

(1) Al. *non incommode*, aut post verbum *pertinere* signum interrogandi ponunt. Sed vid. Sammet. *Opusc. p.* 153.

p. 153. *seq.* *Non incommode* legit quoque Rucker. *Interpr.* I. 3. *p.* 200. et Amaya, *Obs.* II. 2. ubi late de hac Lege egit. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 23. et Calder. *Var. Lection.* IV. 7. in Thes. Meerman *Tom.* III. *p.* 672..

(2) Et *Obs.* XV. 17. et XXVI. 1.

L. XXIX.

Nisi reversus in civitate etc.] Aliter obstat ratio Legis praec., quia nulla in civitate bona reliquit.

Quoniam et si ambo in civitate decessissent, veniret substitutus.] Et nunc fictione L. Corneliae perinde habetur. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 247.] Pro *quoniam* Cujacius legit: *quamquam*. Vid. D. Goth. *in not.* Etiam Faber, improbante Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* XI. *Thes.* 9. *Lit. g. p.* 677. Sed parum solide. Vid. Masium, *Sing. Opinion.* VI. 16. Sed vid. Rucker. *Interpr.* I. 3. (1).

(1) Ubi late de hac Lege egit: de qua vid. et Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 140. *seqq.* Wieling. *Lection. Jur. Civ.* I. 22. Ed. Amisfort. van Voorst. *Diss. de Jure, quod oritur ex commorientibus, Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 364. *seqq.* Sed fortasse omnium optime rem exposuit P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 2. §. 5. *p.* 59. *seqq.* — Ad seq. *L.* 30. vid. Pothier. *Pand. Justin. hoc tit. num.* 16. qui pro *quod plures quam duodecim uncias* etc. in fin., legendum suspicatur: *quam tres uncias.*

L. XXXI.

Quaeritur, quisque *heres quandoque* (1) *fuerit*, etc.] Lege: *quisquis* (2).

(1) Id est, *quandocunque*. Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 416. add. notata superius ad

ad *L.* 15. §. 3. *ex quib. causs. maj.* et ad *L.* 6. *de tributor. action.*

(2) Sic Flor. et in aliis etiam editt. Gothofredi.

L. XXXII.

Deinde si Attius non dedisset,] Lege: *adisset* (1).

Reliquos autem coheredes hereditarias partes habituros etc.] Add *L. ult. Cod. de imp. et al. substit.* ubi ita deciditur. add. Merill. *ad* 50. *Decis. Justin. Cap.* 42.

(1) Sic Flor. Videtur vitium typographicum, quod tamen etiam exstat in aliis editt. Gothofredi.

L. XXXIII.

Si mater ita testetur, etc.] Vid. Foquel. *ad Tit. Inst. de pupill. substit. p.* 240. (1).

Valet substitutio.] Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 8. *Def.* 17.

(1) Add. Caes. Costa, *Var. Ambig. Jur.* III. 20. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1259. et Vinn. *ad pr. Inst. de pupill. substit. num.* 1. — Ad seq. §. 1. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 108. *seq.*

L. XXXIV.

§. 2.

Et legata omnibus praestanda sunt, etc.] Vid. Foquel. *ad Tit. Inst. de pupill. subst. p.* 146. et Averan. *Interpr. Jur.* I. 7. *num.* 10.

L. XXXV.

Ita ut augeantur praeterea (1): *quod* filius *extraneis* etc.] A quo tam conjunctis personis, quam extraneis erant relicta: quaedam quoque nominatim erant data a substituto, de quo Lege praec. in fin. (2).

Ut,

Ut, quemadmodum portio, quae per bonorum possessionem accesserit, auget legata, etc.] Egit de his verbis Faber, *Conject.* V. 1. *num.* 5. qui non placet (3).

(1) Hal. et Vulg. *augeantur legata: propterea quod* etc. Vid Brencm. *h*

(2) Add. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 192. *seq.*

(3) Vid. et Ant. Govean. *Animadv. Lib.* I. *Oper. p.* 334 *seq.* — In seq. *L* 36. *pr.* pro *puta, si ille heres non erit, ille heres esto*, Flor. tantum legitur: *puta si ille heres esto*, quod defendit J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 12.

L. XXXVII.

Vel singulis liberis, etc.] Vid. Fab. *Conject.* XIII. 14.

L. XXXVIII.

§. 3.

Si a patre institutus,] Filio scil. exheredato. Foquel, *ad Tit. Inst. de pupill. subst. p.* 143.

Coactus ex *fideicommissario adierit*,] *Ex* pro *a*. Sic et *L.* 2. *de Legat.* 3°. (1).

(1) Et *L.* 10. §. 1. *quib. mod. pignus* etc. ubi vid. notata. Hal. *a fideicommissario.* Vid. Brencm. *h.* De Q. Cervidio Scaevola, de quo in seqq Legis verbis, nonnulla quoque habet Otto, *in Papinian.* *Cap.* XI. §. 2. *seq. p.* 309. *seqq.*

L. XXXIX.

Cum in suam tutelam venisset, legavit:] Quo casu, quia bona intentione praeteritus est emancipatus, bonorum possessio contra tabulas ei non datur. *L.* 16. *de bon. poss. contr. tabb.* Duaren. *ad Tit. de lib. et postum. p.* 345.

§. 2.

§. 2.

Ad substitutum *quoque pertinere* etc.] Qui est hic instar *instituti*. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 33. *error.* 8. *num.* 17.

Quorum sententia vera est.] Hinc colligit Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1194.] Leges caducarias in iis, quae erant in caussa caduci, non obtinuisse. Male: hi enim auctores [Ofilius et Cascellius] Lege Papia antiquiores fuere (1): quamvis nec Lex illa exceptionibus caruerit.

(1) Conf. Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 4. §. 46. *et* 49.

L. XL.

Nam et legitimis heredibus futuris] Qui tales fuissent non facta arrogatione.

Non aliae quam utiles actiones etc.] Ut *L.* 4. *rem pup. salv. for.* add. Foquel. *ad Tit. Inst. de pupill. substit. p.* 158.

L. XLI.

Sive ante substitutionem,] Secundi primo factam. add. Cujac. ad *Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.* (1).

(1) Et Otton. *in Papinian. Cap.* XI. §. 6. *p.* 330.

§. 1.

Vel alii quaesitae portionis etc.] Vid. ad *L.* 8. *in fin. h. t.* (1).

(1) In praec. verbis, *non adeuntis* Graecos vertere τοῦ ἀτολμῶντος, *deficientis*, notat Leunclav. *Notat.* II. 63. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1518.

§. 2.

§. 2.

Cum filiae, vel nepoti etc.] *Non tantum cum filio, sed etiam cum filiae* etc. integram fuisse Papiniani orationem, putat Cujacius, *loc. modo cit.*

§. 3.

Nec fideicommisso propriae facultates filii tenebuntur.] Nec quas ut extraneus habet, aut ex contractu cum testatore inito. Vid. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 64. ubi et alia. Hinc colligunt, in fideicommissis testatori succedi, non personae oneratae. Sand. *Decis.* IV. 5. *Def.* 3.

§. 4.

Qui discretas portiones conjunctis pluribus separatim dedit,] v. c. Primo, Secundo, Tertio semissem, et Quarto, Quinto, Sexto alterum. Cujac. *loc. supra laud.* (1).

(1) Ad seq. §. 5. vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22.

§. 6.

Legata e secundis tabulis relicta perinde praestabit, etc.] Vid. *L.* 1. §. 15. *ad L. Falcid.* add. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 11. §. 8. *ad L. Falcid.*

Non idem servabitur alio substituto: etc.] Ratio §. 1. *Inst. de L. Falcid.*

§. 8.

Non videri cum vitio factam substitutionem etc.] Vid. Langebek. *Annotation. Cap.* XI. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 554. *seq.*] (1).

Non magis, quam si post demonstratam conditionem sibi heredem esse substitutum jussisset.] Qui tamen proprie est heres impuberis.

Co-

Coherede non dato,] Non, si datus heres non exstiterit: non enim locus est juri accrescendi. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 15. *error.* 10.

(1) Quem reprehendit Cujac. *Obs.* X. 40.

L. XLII.

Qui duos impuberes filios etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Definit. in expl. h. l.* (1).

Sed in ratione Falcidiae pueri prioris *hereditas non veniet:*] Ab intestato scil. mortui. Vid. *L. praec.* §. 7. (2).

Legata quoque, quae a substituto ejus filii etc.] Qui hereditatem ejus non adquisivit directe; sed invenit in hereditate posterioris defuncti.

(1) Add. Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* VII. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 369. *seq.* et Ed. Amisfort. van Voorst. *Diss. de Jure, quod oritur ex commorientibus*, *Cap.* 2 in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 375. *seq.* Egit etiam de hac Lege Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 195.

(2) Sequitur: *Nec substitutus amplius quam sescunciam* jure testamenti *desiderabit*, id est, jure successionis testamentariae. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 3. §. 4. *p.* 46.

L. XLIII.

§. 3.

Ad substitutionem impuberis admissus, etc.] Secus ac in casu *L.* 83. *de adq. vel omitt. hered.* Sed hic est nova voluntas defuncti, et pupilli favor. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 5. *num.* 6. (1) add. Eund. *ibid. Dec.* 31. *error.* 6. *num.* 7. et 8.

(1) Conf. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 25. §. 17. *not.* 43. add. van de Water, *Obs.* II. 2. *p.* 119. *seqq.* qui pro *ita ut augeatur* ejus *pars in substitutione*, legit: *ita ut augeatur* institutorum *pars* etc. Alii

Alii aliter. Vid. Gluck. *Tit. de hered. vend.* §. 1014. *p.* 355. *seq. in not.*

L. XLIV.

Neque ex parte, neque in totum confirmari posse,] Cujacius, *ad Libb. Paul. Quaest in expl. h. l.* putat, id dici, non posse confirmari in vim fideicommissi, ut §. 3. *Inst. quib. mod. test. inf.* ubi Janus a Costa id probat. (1).

(1) Probat etiam Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XLV.

Cum in naturalis filii persona duplex substitutio locum habere non poterit:] Aliud igitur foret, si et alter in potestate fuisset. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 33. *error.* 5. *num.* 11. *seqq.* (1).

Et ideo ad matrem legitimi filii hereditas ab intestato pertinet.] D. Goth. *in not.* „*pertinet aliter, si ejusdem aetatis liberi instituti*, etc." Vulgat. (2) quam Cujacius, *Obs.* XVII. 26. ita emendat: *aliter, si ejusdem conditionis et aetatis liberi* etc." Cujacius haec constanter rejecit, quidquid dicat Merill. *Var. ex Cujac.* I. 38. Vid. Os. Aurel. *Dispunct.* 38. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 784.] qui putat, retineri posse suppleto verbo *conditionis.* Retinet et Merill. *Obs.* VI. 22. Rejicit Foquel. *ad Tit. Inst. de pupill. substit. p.* 307. (3).

(1) Palaeottum, *Tract. de Not. et Spur. Cap.* 37. Legem hanc perperam exponere de filio adoptivo et legitimo, notat Jordens. *Disp.* I. *de legitimation. Cap.* 2. §. 3. *in not.* in Jurispr. Antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 331.

(2) Habet etiam ea Hal., sed inclusit parenthesi, et in margine addidit: *haec alias omnia desunt.* Vid. Geb. *h.*

(3) Etiam Ant Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1497.

§. 1.

§. 1.

Ad eum solum, qui eo tempore supervixit, etc.] Vid. *L.* 10. *pr. h. t.*

L. XLVI.

Cum verum sit, eum et testatoris heredem exstitisse.] Facit huc *L.* 41. *in fin. h. t.*

L. XLVII.

Qui habet *filium* etc.] Lege: *habebat* (1).

Sed filiae, si antequam nuberet, *decessisset*, etc.] Id est, antequam nubilis esset. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. L.* 41. *pr. h. t.*

Respondi, secundum ea, quae proponerentur, non pertinere.] Ergo substitutio pupillaris vitiatur interrupto gradu, non vulgaris. *L.* 41. *pr. h. t.* ubi vid. Cujac. *loc. modo cit.* Sed vid. Fab. *in Cod.* VI. 8. *Def.* 14. *not.* 7. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 2. *num.* 20. et Vinn. *ad* §. 3. *Inst. de vulg. substit.* Abrogatum hoc putat Otto, *in Papinian. Cap.* XI. §. 6. *p.* 330.

(1) Sic Flor. et in aliis etiam editt. Gothofredi. Vitium typographicum est.

L. XLVIII.

Idem Libro singulari Quaestionum publice tractatarum.] Junge *L. ult. de Legat.* 3°. (1).

Et verius est, substituto locum esse.] Fortior est substitutionis, quam conjunctionis vis. *L.* 2. §. 8. *de bon. poss. sec. tabb.* Gomez. *Var. Resol.* I. 3. *num.* 26.

(1) Explicuit hanc Legem Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* III. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 171. *seqq.*

§. 1.

Titius heres esto. etc.] Vid. de hoc §. Cujac. *ad L.* 10. §. *ult. h. t.* et Foquel. *ad* §. 1. *Inst. de vulg. subst.* (1).

(1) Add. Ant. Govean. *Animadv. Lib.* I. *Oper. p.* 335. *seq.* De locutione: *potest ex institutione defici conditio*, vid. Goes. *ad Sueton. in August. Cap.* 84. edit. Burm. *Tom.* I. *p.* 426. — In seq. §. 2. pro *substitutus universum*, editi vulgo, et scripti Codices habent: *statum universum*. Scil. Flor. erat: *substitutum universum*. Postea literae *substitu* uncis inclusae sunt, earumque loco, subantique *sta* repositum, ut jam sit *statum universum*. Sed Taurellius utrumque sprevit, et edidit: *substitutus universum*. Hal. pro *statum* substituit *statim*. Vid. Brencm. *h.*

TITULUS VII.

DE CONDITIONIBUS INSTITUTIONUM (1).

(1) Ad singulas hujus tituli Leges commentatus est Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 997. *seqq.*

L. I.

Sub impossibili conditione,] De conditione impossibili ab initio, vel ex post facto, Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. (1).

(1) Sequitur: *vel alio mendo*. Vid. de his verbis D. Goth. *in not.* add. Calder. *Var. Lection.* II. 4. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 612. et Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 2. §. 1. *p.* 21.

L. II.

Nisi evidentissimis probationibus testatorem voluisse etc.] Constructio inelegans: forte Triboniani.

L. IV.

§. 1.

Caventem coheredi implere conditionem:] Add. *L.* 7. et *L.* 67. *de cond. et dem.* quod mirum, cum ante mortem heredis queat impleri. add. *L.* 72. §. 2. *L.* 77. §. 2. *L.* 101. §. *pen. L.* 106. *de cond. et dem.* verum illic satis aperte res confertur in casum mortis tertii, hic in mortem non tam servi, quam personae honoratae. Vid. Cujac. *Obs.* V. 2. cujus sententiam non bene exponit Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 6. *Lit. g. p.* 829.

Ceterum, si solus heres scriptus sit, sub impossibili conditione heredem institutum videri: etc.] Add. *L.* 20. *pr. h. t. L.* 7. §. 1. *de cond. et dem.* Unde colligunt, illis tantum caveri Muciana cautione, qui ex defuncti judicio veniunt: unde speciale est, quod constituitur *Nov.* 22. *Cap.* 44. nec turbat *L.* 18. *de cond. et dem.* Vid. Bachov. *loc. modo cit.* qui recte recedit a Cujac. *Obs.* V. 2. quem sequitur Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de cond. et dem. num.* 3. (1).

(1) In rationem hujus responsi Juliani etiam inquisivit van de Water, *Obs.* I. 4. qui alios quoque laudat. add. Waechtler. *Opusc. p.* 564. *seq.* et Pothier. *Pand. Justin. Tit. de cond. et dem. num.* 25. — In seq. *L.* 5. in fin. pro *cuilibet* Hal. legit; *cui libet*, probante Brencm. *h.* add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* VI. 18. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 299.

L. VI.

Cum monumentum in triduo perfici non possit,] Eo mo-

modo, quem voluerat testator. Non adversatur *L.* 4. §. 1. *de stat. lib.* Nimis est in hisce Thomas. *Diss.* X. *Cap.* 2. *num.* 10. *seqq.*

Dicendum erit, conditionem evanescere, etc.] Cur non solum tempus, ut *L.* 12. §. 1. *de Legat.* 1°. Hic vitium afficit ipsam conditionem, illic erat obligatio pura, et tantum solutio impossibilis. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *num.* 42. (1).

(1) Add. Majans. *Disp.* 34. §. 11. et Car. Fred. Hommel. *Opusc. Jur. univ.* a C. G. Roessig. edit. *p.* 191. *seqq.* — In seq. *L* 7. pro *si cautum esset in ipsa actione*, Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 376. legit: *si cautum esset in ipsa aditione.*

L. VIII.

Ulpianus Lib. L. *ad Edictum.*] Junge *L.* 12. *de manumiss. testam.*

Quae sub conditione jurisjurandi relinquuntur, a Praetore reprobantur.] Plerumque. *L.* 20. *de condit. et dem.* Facit huc *L.* 62. *de adq. vel omitt. hered.* *L.* 97. *de condit. et dem.* Merill. *Obs.* V. 40. accipit de graviori dejeratione: quod non probo. Aliter Ches. *Differ. Jur. Cap.* 23. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 681. *seqq.*] (1).

Aut cogeretur turpiter accipiendi *conditionem jurare:*] Al. *accipiendo* (2).

(1) Aliter rursus Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 22. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 522. Pluribus hanc rem exposuit Majansius, *Disp.* 5. quae est *de jurisjurandi conditione ultimis voluntatibus adjecta*, *Opusc. Tom.* I. *p.* 175. *seqq.* qui rationem hujus juris ex Philosophia Stoica derivat: et Henr. van Hoogwerff. *Diss. de Var. Jur. Rom. partibus Stoam redolentibus*, *Cap.* 3. §. 13. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 95.

(2) Ita Nal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* probante Alb. Gentil. *Lection.* I. 1. *seqq.* ubi quaedam de conditione jurandi, et Voorda, *Interpr.* II. 12. *p.* 153. Sed nihil mutat Pothier. *Pand. Justin. tit. de cond. et dem. num.* 28.

§. 2.

Qui de fideicommisso cognoscunt,] Extra ordinem. *L.* 178. §. 2. *de verb. signif.* ubi vide.

§. 3.

Si forte quis caverit, nisi jurasset se aliquid facturum, etc.] D. Goth. *in not.* „Renuncianti beneficio *Legis* 2. *Cod. de rescind. vend.* beneficium d. Legis non dari, hinc colligunt." Male.

§. 5.

Aut juret: aliud quid videndum, etc.] Male interpunctum. Lege: *aut juret aliud quid, videndum,* etc.

§. 7.

Non videbitur defectus conditione heres:] Vid. Cujac. *Obs.* XVII. 22. (1) et Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. qui notat, conditionem hic resolvi in modum, qui non implendus, cum sit impossibilis.

Implenda est enim voluntas, si potest.] Vid. *L.* 20. *h. t.*

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 21.

L. X.

Institutio talis, si codicillis Sejum heredem scripsero, etc.] Vid. *L.* 77. *de hered. instit.* Facit huc *L. ult. de bon. poss. sec. tabb.*

Proinde et si ita scripserit, etc. *pari ratione dicendum erit institutionem valere,* etc.] Qua tamen semel facta, tes-

testamentum perfectum est, nec privatim id iterum recte fit. *Consf. JCtor. Batav.* *Part.* I. *Consf.* 125.

L. XI.

Erit filius heres,] Ipso jure. *L.* 5. *de cond. et dem.* (1).

(1) *De institutione et exheredatione filiifam. vel postumi sub conditione facta, ad L.* 11. *de cond. instit.* Dissertatio est Zach. Huberi, in ej. *Diss. Jurid. et Philolog. Part.* II. *p.* 252. *seqq.*

L. XII.

Verba haec, Publius Maevius, si volet, heres esto, etc] Aliud in conditione, *si filius nolit esse heres*, substituto apposita. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 6. *num.* 8. *seqq.*

Ut, si nolit, heres non existat:] Jure civili. *Suus* tamen manet. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 8. *num.* 2. — Aliud, si tantum sit scriptum, *si heres non erit.* Huber. *in Prael. ad praec. tit. num.* 8. (1).

(1) Add. de hac Lege Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Jur. epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 667. *seqq.*

L. XIII.

Quam si post impletam conditionem id egerit scriptus heres,] Extraneus. *L.* 86. §. 1. *de hered. instit. L.* 5. *de cond. et dem.* in quo labitur Huber, Eunom. Rom. *ad L.* 1. §. 1. *de cond. causs. dat. causs. non sec. p.* 499. *seq.* (1).

(1) Quod in seq. *L.* 14. docetur, improbatas etiam a Praetoribus conditiones *pro non scriptis* haberi, intelligendum esse de Jure Praetorio, non de Jure Civili, notat Voorda, *Interpr.* III. 15. *in fin. p.* 305.

L. XV.

Testamentum infirmet patris, ac si conditio etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* et *ad Paul. Sent.* III. 4. b. §. 2.

Nam, quae facta laedunt pietatem, etc.] Facit huc Cicer. *de Offic.* III. 25. Dion. Chrysost. *Orat.* XIV. *p.* 132. 133. (1).

(1) Add. Otton. *in Papinian.* *Cap.* 8. §. 5. *p.* 205. *seq.* et in primis Clar. J. M. Kemper. *Disp. de JCtorum Rom. principio: quod contra bonos mores fiat, id jure ratum esse non oportere.* Amstelaed. 1796. Est etiam Dissertatio ad hanc Legem Joh. van der Does. Lugd. Batav. 1717.

L. XVI.

Si Titius heres erit, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Errorib. testam. Cap.* 7. [*Oper. Tom.* I. *p.* 33.]

L. XVII.

Conditio, quae prior extiterit, etc.] In Legatis aliud. *L.* 89. *de cond. et dem.* add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 4.

L. XVIII.

In legato repetitam videri conditionem,] *Libertatem*, Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. L.* 77. *de cond. et dem.* et *Obs.* VIII. 36. *in fin.* Merillius, *Obs.* IV. 22. intelligit conditionem libertatis, quae est juris. *L.* 7. *L.* 8. §. 5. *de jur. codicillor.* ut ita respondeat ad *L.* 77. *de cond. et dem.* quod tamen non satisfacit. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 252.] quoque nihil mutat, putatque et conditionem et libertatem repetitam videri (1).

Divus Pius rescripsit.] *L.* 26. *de manum. testam.*

(1) Add. Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 6. *p.* 723. Nihil quoque mutat Rucker. *Interpr.* II. 6. aliter tamen difficultatem tollere conatus est.

§. 1.

Hac ratione et Papinianus scribit,] *L.* 77. *de cond. et dem.*

Quamvis in legato nullam, ut in hereditate, substitutionem *fecisset,*] Sic et *d. L.* 77. (1).

(1) Hal. *mentionem*, addit tamen in margine: *alias, substitutionem.* Vid. Geb. *h.* add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 4. in fin.

L. XX.

Quia ἀδύνατος, id est, impossibilis (1), *conditio* etc.] Vid. Cujac. *Obs.* V. 2. Impossibilis negative. Scip. Gentil. *de Errorib. testam. Cap.* 7. [*Oper. Tom.* I. *p.* 35.] (2).

(1) Interpretatio haec abest a Cod. Flor.
(2) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 7.

§. 1.

Verum est enim, eum manumisisse:] Quod est facti.

§. 2.

Si se heredem instituisses, etc.] In praeteritum. Bynkersh. *de Captator. institution. Cap.* 9. (1). Casus elegans est apud Quinctil. *Declam.* 332.

(1) Add. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 190.

L. XXIII.

Uter ex fratribus meis etc.] Add. *L.* 9. §. 10. *de hered. instit.*

L. XXIV.

Vivo testatore consobrina defuncta etc.] Vid. ad *L.* 8. §. 7. *h. t.*

L. XXV.

Sine jussu domini conditioni parere non potest.] Τὸ *non* abest a MS. Charond. (1) P. Faber, *ad L.* 133. *de reg. Jur.* retinet, et accipit de tali conditione, cujus impletio est pro susceptione hereditatis. Sed Lex generalis est. Constantin. *Subtil. Enod.* II. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 576.] explicat ex *L.* 10. *de Legat.* 1°. Male.

(1) Et Russard. Vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 146. Expungit Cujacius. Vid. D. Goth. *in not.* et Jauch. *d. loc. p.* 191. nec dissentit Voet. *ad h. t. Pand.* §. 24. in fin. Expungit etiam Pothier. *Pand. Justin. tit. de cond. et dem. num.* 97. Alb. Gentil. *Lection.* I. 5. in *L.* 5. *de cond. et dem.* regulam tradi putat, a qua hic exceptio traditur in hereditate. — Ad seq. *L.* 26. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 245. *seq.*

L. XXVII.

Si reliquias ejus in mare abjiciat.] Mos Chiorum non dissimilis, apud Nic. Dam. in Exc. Vales. *p.* 526. Aliud pejus apud Petron. *Satyric. Cap.* 114.

Sed, memoria (1) *humanae conditionis, sepulturae* (2) *tradidit.*] Vid. D. Goth. *in not.* add. Grotium, *de Jur. Bell. et Pac.* II. 19. (3).

Sed hoc prius inspiciendum est, ne (4) *homo, qui talem conditionem posuit,* etc.] Quae non caret exemplo. Vid. Ovid. *Fastor.* V. *vs.* 655. Freher. *Parerg.* I. 26. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 897.] (5).

(1) Hal. *memor*, et in margine; *alias*, *memoria*. Vulg. *in memoriam*. Vid. Brencm. *h.*

(2) De cadaveris crematione id interpretatur H. J. Arntzen.

zen. *Miscellan Cap.* 13. *p.* 136. putatque Modestinum respexisse ad Veterum superstitionem, existimantium animam in mare abjecti aberraturam. add. Puttman. *Adversar. Jur. univ.* I. 11. *p.* 177.

(3) Et Bernec. *ad Justini Hist. Philipp.* XI. 12. ed. Gronov. *p.* 288.

(4) Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 2. §. 1. *p.* 41. *ne* pro *an* scriptum, putat; et in seqq. *neque* pro *ne quidem*. Vulg. pro *neque* habet *non*. Vid. Brencm. *h.*

(5) Add. Tussan. de La Rue, *Amoen. Jur. Obs Cap.* 6. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 1510. *seq.* qui *ibid. Cap.* 7. quaedam quoque notavit ad seqq verba: *Igitur si perspicuis rationibus* etc. — Ad seq. §. 1. vid. Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 4. *p.* 196. *seq.* Ante verba: *neque adimi potest*, Hal. et Vulg. inserunt: *neque dari*. Vid. Brencm. *h.*

L. XXVIII.

Nam superior quidem species conditionis admittit vivo filio *nepotes* etc.] Cum constat, non posse eam impleri.

Legitimus patri heres extiterit.] *Existeterit*, Al. et Rob. Steph. (1).

Altera vero species conditionis etc.] Quae etiam moriente filio impleri potest.

Quemadmodum si, exheredato eodem filio, nepotes, cum filius moreretur, heredes fuissent instituti.] *Cum filius moreretur, fuissent, et heredes instituti postea repudiassent*, ita supplet Cujacius, *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* qui *ad* §. 7. *Inst. de hered. quae ab int. defer.* notat, hunc locum esse depravatum (2). Vid. et de hac Lege Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 8. *num.* 10.

(1) Vulg. *extitisset*. Vid. Brencm. *h.* De sequenti conditione, *si in Capitolium adscenderit*, etc. egit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 196.

(2) Add. Pothier. *Pand. Justin. tit. de liber. et postum. num.* 7. Sed vid. et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 30. §. 9.

TITULUS VIIII.

DE JURE DELIBERANDI.

Auctor, *ad Herenn.* IV. 53. *Prospice tu, qui plurimum cernis* (1).

(1) De *cretione* vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 22. §. 27. *seqq.* ibiq. Interpp. et Gaji *Institut. Veron. Lib.* II. §. 164. *seqq.* add. Heinecc. *in Antiq. ad tit. Inst. quib. mod. test. inf.* etc. §. 14. et Hugo, *Geschichte des Röm. Rechts, p.* 415. *seqq.* — Ad singulas hujus tituli Leges commentatus est Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 1012. *seqq.*

L. I.

Ulpianus Lib. LX. *ad Edictum.*] Spectat ad Titulum *de reb. auctorit. Judic. possid.*

Quia pro nullo isti habentur apud Praetorem:] Vid. *L.* 20. §. 7. *qui test. fac. poss.*

§. 2.

Quam diem praestituat.] Junge *L.* 3. *h. t.*

L. II.

Itaque pauciores centum dierum (1) etc.] Vid. Duaren. *ad h. t. Cap.* 1.

(1) Hal. *quam centum dies.* Vid. Geb. *h.*

L. III.

Ulpianus Lib. LX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *h. t.*

Ad deliberandum datum *esse,*] Al. *dandum* (1).

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. V.

L. V.

Idem Lib. LXX. *ad Edictum.*] *Lib.* LX. Cujacius, *ad h. l.* (1).

(1) De qua vid. et Voet. *ad h. t. Pand.* §. 6.

§. 1.

Qui possit etiam ea, etc.] Excidisse videtur: *curator qui bonis datur*, vel quid simile: quod sequentia desiderant. add. *L.* 3. *de curat. furios. L.* 22. §. 1. *de reb. auctorit. Judic. poss.*

Item ea quae mora deteriora fiant,] Semel hoc jam dictum (1); sed non de curatore.

(1) Ταυτολογίαν esse, dicit Noodt. *Probab.* III. 10. Sed vid. Waechtler. *Opusc. p.* 329. *seq.*

L. VI.

Venire debent res supervacuae.] Non aliae. Vid. *L.* 26. *de contrah. emt.*

L. VII.

Bona interea deminui:] A curatore. Vid. Duaren. *ad h. t. Cap.* 2. (1).

(1) Voorda, *Interpr.* I. 23. praecedentia Edicti verba: *si justa caussa esse videbitur*, transponit post verba: *nisi si caussa cognita*, et, deleto altero *si*, legit: *nisi si caussa cognita justa caussa esse videbitur*, etc. Non tamen necesse hoc putat Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 9. §. 12. Vid. et Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. tit.* 1. §. 3. *p.* 178.

§. 2.

Est enim absurdum, ei, cui alienatio interdicitur, etc.] Exceptio *L.* 1. *Cod. de bon. matern.* (1).

(1) Ad verba seq. §. 3. *ergo et funeris caussa* etc. vid. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* l. 22. §. 4. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 106.

L. VIII.

Si quis suus heres, posteaquam se abstinuerit,] Aliter ei jus deliberandi non dari, putat Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 34. *error.* 6. *num.* 4. *seq.*

Cum nondum bona venierint:] Facit huc *L.* 24. §. 2. *de minor.*

L. XI.

Javolenus Lib. IV. *ex Posterioribus Labeonis.*] Praecedens *L.* 9. videtur dedisse occasionem hujus ponendae. Duaren. *ad h. t. Cap.* 2. *p.* 491. G. Forner. *Selection.* III. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 107.] Legem fugitivam esse, dicit Cujac. *Obs.* III. 37. (1).

Qui filium libertinum *habebat*,] D. Goth. *in not.* qui in servitute conceptus simul cum patre manumissus erat." add. Raevard. *Conjectan.* I. 8.

Quia filii appellatione libertinus quoque contineretur.] Add. *L.* 77. §. 13. *L.* 88. §. 12. *de Legat.* 2do. *L.* 17. §. 4. *ad SCtum Trebell.* Vertran. Maurum, *de Jure Liberor. Cap.* 43. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1075.]

Si tamen testatorem de hoc filio locutum esse apparet.] Haec a Compilatoribus adjecta esse, putat Ant. Merend. *Controv. Jur.* IV. 18. *num.* 9.

(1) Quem sequitur Hier. van Alphen, *Diss. de Javolen. Prisco*, *Cap.* 3. §. 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 92. *seq.*

LIBER VICESIMUS NONUS.

TITULUS PRIMUS.

DE TESTAMENTO MILITIS.

Quinam *milites* censendi, Merend. *Controv.* *Jur.* VI. 8. (1).

(1) Cur quaedam Leges in testamento militis locum habeant, Merill. *Obs.* VIII. 33. — Notas ad singulas hujus tituli Leges conscripsit Ant. Muret. *Oper.* *Tom.* IV. *p.* 392. *seqq.* edit. Ruhnken.

L. I.

Caput ex Mandatis.] Ex margine forte irrepsit. Leonin. *Emend.* VII. 5. *num.* 7. (1).

Cum in notitiam meam prolatum *sit*,] An, *perlatum* (2).

Si ad diligentiam *Legum revocentur.*] Sic et *L.* 88. *in fin. de Legat.* 2do (3).

Simplicitati eorum consulendum existimavi,] Add. *L.* 25. §. 1. *de probation.* (4).

Faciant igitur testamenta, quomodo *volent:*] *Quoquo modo*, ope geminationis, Forner. *Rer.* *Quotid.* II. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 162.] quod videtur supervacuum.

(1) Pro *Divus Titus*, in praecedentibus verbis, Vonck. *Specim.* *Critic.* *in.* *Var.* *Auctor.* etc. *p.* 95. legendum conjicit: *Divus Filius.* Sed vid. Puttman. *Probab.* I. 12. *num.* 2. *p.* 90. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian.* *Fragm.* *tit.* 20. §. 10. *p.* 86. *seq.*

(2) Sic Vulg. Vid. Brencm. *h.* Saepe *per* et *pro* permu-

mutantur. Vid. notata superius ad *L.* 62. *pr. de reivind.*

(3) De verbo *integritudinem*, quod sequitur, vid Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 370. et Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* in voc.

(4) Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 279. Schroder. *Obs.* I. 6. *p.* 47. *seqq.* P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 3. §. 2. *p.* 75. *seq.*

§. 1.

Miles autem appellatur, vel a militia (1), *etc.*] Similia Origen. *Philoc. Cap.* 24. *p.* 86. [ed. Cantabr. 1676.] add. Menag. *Amoen. Jur. p.* 304.

Quam pro nobis sustinent,] Late Pricaeus, *ad* II. *Timoth.* II. 3.

Aut a numero mille hominum,] Vid. Clar. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 16. *num.* 11. (2). Leoninus (3), *Emend.* VII. 5. plura habet, sed ex edit. Vulg., et non bona.

Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.] De qua vid. ad *L.* 12. §. 2. *de re milit.* (4).

(1) Hal. *malitia.* Vid. Brencm. *h.* Sic etiam Muret. *in not. ad h. l.* Meursius, *Animadv. Critic.* III. 2. Ulpianum ridens, a *merendo* nomen *militis* deductum putat. Vid. Trotz. *de Memor. Propag.* I. 6. §. 8. *p.* 424.

(2) Add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* *p.* 471.

(3) Putat, totum hunc §. non Ulpiani esse; sed inepti cujusdam interpretis. Muretus, *in not. ad h. l.* verba: *ducitum* usque ad vocem *quasi* delenda censet. De verbo *ducitum* vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306. qui etiam de verbis: *nam Graeci mille* etc. egit, *Orig. ad Pand.* in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1361. Quomodo hunc locum exhibet Haloander, refert Geb. *h.*

(4) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 283.

L. III.

L. III.

Si miles, qui destinaverat communi jure testari (1), etc.] Hinc colligunt, si quis duabus instructus est qualitatibus, eam intelligi adhibitam, juxta quam actus maxime valet.

Quisquam *dixerit, si imperfectum* etc.] *Nec quisquam*, Rob. Steph. (2). Lege: *quisnam* (3). An sic quoque non plene scriptum testamentum tanquam nuncupativum valeat, vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 69. *error.* 5. *et* 6.

(1) Errorem Graecorum hic notavit Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 1.
(2) Et Vulg., probante Jauchio, *de Negation. Pand. p.* 28. *et* 258. Aliter Sammet. *Opusc. p.* 155. *seq.*
(3) Sic etiam legit Muret. *in not. ad h. l.* et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 14. edidit: *et quisquam.* De voce *perscripturam*, in praecedentibus Legis verbis, vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. IV.

Jure militari surdum etc.] D. Goth. *in not.* „Vid. ad hanc Legem Viglium, etc." Magis Vinn. *ad* §. 2. *Inst. h. t.*

L. V.

Milites etiam etc.] Vid. *L.* 15. *de vulg. et pup. subst.*

L. VI.

Miles enim pro parte testatus potest decedere, etc.] Non etiam utroque modo in solidum. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 74. *error.* 10.

(1) Pro *creditum*, quod praecedit, Hal. et Vulg. habent: *creditur.* Vid. Geb. *h.* Sed Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 197. malam esse versionem dicit.

L. VII.

L. VII.

Qui jure militari testatur, etsi ignoraverit praegnatem (1) *uxorem*, etc.] Hinc trahunt vim clausulae: *tam cogitata, quam non cogitata*, de qua vid. Cyriac. *Controv.* 263. *num.* 27.

(1) Ita semper in Pand. Flor. scribitur. Vid. notata superius ad *L.* 5. §. 3. *de stat. homin. not.* 1. Sequitur: *vel non fuit praegnas.* D. Goth. *in not.* „*vel cum praegnantem scierit*, Hal." sed male, ut putat Ant. Augustin. *Emend.* III. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1518. — De verbo *refecisse* in seq. *L.* 9. vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 352. *not.* 14.

L. X.

Hostium potitus (1)] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 42. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1316.] et Clar. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 4. *not.* 44.

(1) Id est, ab hostibus captus. add. Muret. *in not. ad h. l.* et Pagan. Gaudent. *Jurid. Expositión.* II. 50. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 394.] Hal. habet: *miles in hostium potestate positus.*

L. XI.

Ex militari delicto capite damnatis etc.] Vid. ad *L.* 1. et 2. *de veteran. et milit. succession.* (1).

(1) In seq. *L.* 12. Muret. *in not. ad h. l.* pro *haberent* legit: *apparent*, et τὸ *scriptis* supplet: *heredibus.*

L. XIII.

§. 2.

Qui testamenti factionem non habent, a milite heredes in-

instituti possunt.] Modo non speciatim sint prohibiti. *L.* 5. *Cod. h. t.* add. Merill. *Obs.* VIII. 33.

Sed si servum poenae etc.] Qui ne utitur quidem Jure Gentium.

§. 3.

In ea conditione est, ut institutio non valeat.] Aliam testatoris mentem fuisse, putat Freher. *Parerg.* II. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 918. *seq.*] (1). quod tamen non certum, et vid. Cujac. *Obs.* XVII. 21.

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 4.

Imperator noster cum D. Severo rescripsit,] Meram aequitatem secuti. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 33. *error.* 1. *num.* 10. *seq.* et *Conject.* XVIII. 13. *num.* 22. *seqq.* add. *L.* 42. *de fideic. libertat.*

Quae utraque ad eum pervenire etc.] *Quae ut utraque ad eum perveniret* etc. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 11. *num.* 4. An opus? non puto (1).

(1) Add. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 9. *p.* 246.

L. XV.

In fraudem plane creditorum etc.] Facit huc *L.* 40 *de adm. et peric. tutor.*

§. 2.

Si militis voluntas contraria non sit,] Id est, si hoc velit. *L.* 9. §. 1. *L.* 20. §. 1. *L.* 25. *h. t.* minus dicit, quam intelligit. Sic *L.* 4. *de auct. et cons. tutor.* (1) *concessa non est* pro *vetita est.* add. *L.* 65. *de jur. dot.* et Noodt. *ad Tit. Pand. de auct. et consens. tutor.* vs. *Sed apparet* etc.

(1) Ad quam vid. notata.

§. 6.

Quia generalis est ista determinatio.] Et favor esset non militis, sed alterius. Merill. *Obs.* VIII. 33.

L. XVI.

Non erit ratum legatum propter L. Juliam.] Ratio clara: minus recte Merend. *Controv. Jur.* IX. 8.

L. XVII.

Si certarum rerum heredes instituerit miles, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 9.

§. 1.

Ut etiam in aes alienum, etc. *solus is teneatur*, etc.] Vid. *L.* 16. *de compensation.*

Aut defendere totam hereditatem, *aut* totam *creditoribus solvere.*] *Totum*, Fab. *loc. modo cit.* (1).

(1) Etiam Muret. *in not. ad h. l.* qui praeterea pro *defendere* reponit: *deserere.*

§. 2.

Cum in paganorum (1) *testamento* sola hereditas *exheredatione adimi non* (2) *possit.*] Quando aliquis solus institutus est, nec ei quis substitutus: hoc enim casu omnia simul corruunt. Vid. Cujac. *ad L.* 13. §. 1. *de lib. et postum.* et in *not. ad Animadv. Robert.* II. 18. [in *Append. Oper. Cujac. p.* 65.] probante Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* 12. *Th.* 1. *Lit. c. d. e. p.* 696. (3).

(1) Qui militibus opponuntur. Vid. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de testam. ordin. etc.* §. 17.

(2) Esse, qui habeant: *adimi possit*, Accursium monere;

re; sed male, notat quoque Jauch. *de Negation. Pand. p.* 55.

(§) Add. de hoc loco Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 5. *p.* 201. *seqq.* et Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 12. *p.* 96.

§. 3.

Aliquid ex peculio possidebit,] Ex *L.* 2. *de castrens. pecul.*

§. 4.

Si miles testamentum in militia fecerit, Codicillos post militiam, etc.] Contrarius casus in *L.* 8. §. 4. *de jur. codic.*

L. XVIII.

§. 1.

Quibus codicillis legata sunt.] *Legata data sunt,* legit Voorda, *ad L. Falcid. p.* 311.

L. XIX.

Quaerebatur, si miles etc.] Vid. de hac Lege Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 2.

Sed sive simul fecerit, etc.] Facit huc *L.* 1. §. 6. *de bon. poss. sec. tabb.* Triboniano haec adscribit Faber, *loc. modo cit. error.* 4.

Si hoc specialiter expresserit:] Id non videtur opus, et nota *L.* 35. *h. t.*

Nec superius per inferius rumpetur,] Quo modo succedatur, Fab. *d. Dec.* 71. *error.* 4. et 5.

Id quod cavit, *valere oportere:*] *Idque cavit,* Fab. *d. loc. error.* 8.

Id est, in caussam fideicommissi, et codicillorum etc.] Haec aliter differunt.

§. 1.

Nisi aliud testatorem scripsisse *probetur.*] *Sensisse*, legit Faber, *d. Dec.* 71. *error.* 2.

L. XXI.

Quantum ad verba ejus,] Non idem, quoad sensum. Vid. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. h. l.* et Langl. *Semestr.* XIII. 1. *p.* 766. (1). Dissentit Merend. *Controv. Jur.* VI. 8. *num.* 18. *seqq.*

(1) Sic etiam Muret. *in not. ad h. l.*

L. XXII.

Testamentum ejus valet, quasi ex nova voluntate.] Facit huc *L.* 33. *pr. h. t.* add. Vinn. *ad* §. 5. *Inst. h. t.*

L. XXIII.

Idem et si paterfam. miles de castrensibus rebus duntaxat testatus, etc.] Facit huc *L.* 4. §. 2. *de castrens. pecul.*

Si vero missus jam hoc fecerat, etc.] Nisi veteranus fuerit. *L.* 1. §. 8. *de bon. poss. sec. tabb. L.* 6. §. *ult. de inj. rupt. irr. fact. test.*

L. XXIV.

Statilio Severo] Vid. D. Goth. *in not. Catillus Severus*, Proconsul Asiae, in Inscript. apud Spon. *Itiner.* Tom. I. *p.* 398. (1).

(1) Add. Brencm. et Geb. *h. Catilius Severus* etiam legitur in §. 1. *Inst. h. t.* ubi tamen pro *Catilio* ex hac Lege reponendum *Statilio*, putat Schroder. *Obs.* III. 9. *p.* 247. post Otton. *in not. ad d.* §. 1. *Inst.* add. Burman. ad Quinctil. *Inst. Orat.* VII. 2. *p.* 674. Sequitur: *ut voluntatem suam testaretur. Testarentur*, mavult Vonck. *Specim. Critic. in Var. Auctor. etc. p.* 120. — Ad verba seq. *L.* 25. *et pos-*

postea cinctus, vid. D. Goth. *in not.* add. Brisson. *Sel. Antiq.* II. 7.

L. XXVI.

Qui honestam vel caussariam missionem etc.] Facit huc *L.* 8. §. 5. *de excusation.* (1).

(1) Pro *ignominiae* in Cod. Flor. legitur: *ignomiae.* de quo vid. Geb. *h.*

L. XXVII.

Papinianus Lib. VI. *Responsorum.*] Junge *L.* 15. *de vulg. et pup. subst.*

Quibus non additis;] *Editis*, Cujac. *ad Libb Papinian. Resp. in expl. h. l.* et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 7. post Zoannettum, *Restitution. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 645.] (1).

(1) Et in contextum recepit Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 16.

L. XXVIII.

Verumtamen alienum jus minuere non potest.] Vid. *L.* 40. *de adm. et peric. tut.*

L. XXIX.

§. 1.

Cujus libertas Lege Aelia Sentia, *vel aliqua impeditur.*] Non igitur, si caussa probetur. *L.* 4. *Cod. h. t.* etsi solennia alia deficiant. Vid. Ches. *Different. Jur. Cap.* 13. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 653. *seqq.*]

Vel aliqua (1)] V. gr. Julia (2). *L.* 12. *qui et a quib. manumiss.*

(1) *Vel alia qua*, legi vult Muret. *in not. ad h. l.* et

 Auc-

Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 95. etiam Brencm. *h.* Sed non opus. Vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 4. §. 2. *in not.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 27. add. notata superius ad *L.* 2. *quod cujusq. univ. nom.* et ad *L.* 20. *de servitutib.*

(2) Legem Fusiam Caniniam Marcellum intellexisse, imo expressisse, putat Majans. *Disp.* III. §. 13.

§. 3.

Dandam bonorum possessionem partis debitae etc.] Vid. ad *L.* 1. *in fin. de bon. libertor.* (1).

(1) In praecedentibus verbis pro: *Patri ejus*, qui *in emancipatione* etc. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 8. *p.* 69. legit: *patri ejus, cui* etc. add. Pothier. *in not. ad h. l.* qui tamen nihil mutat.

L. XXXI.

Si miles Titia et Sejo servum legaverit, etc.] *Per damnationem*, quo casu in testamentis paganorum jus accrescendi cessabat. Ita Merill. *Obs.* VII. 23. Sed male. Nihil hic datur, sed directo transit in legatarium.

Deinde legatarius repudiasset,] Vid. *L.* 3. *de manumiss. vindict.* Facit huc *L.* 34. et 35. *ad L. Aquil.*

L. XXXII.

Si secundum probabilem voluntatem etc.] Pertinet ad Tit. sequentem.

L. XXXIII.

Quasi rursum aliud factum,] Ut in *L.* 22. *h. t.*

§. 2.

Quasi denuo factum.] Facit huc *pr. h. l.*

L. XXXIV.

Paulus *Lib.* XIV. *Quaestionum.*] D. Goth. *in not.* „Al. *Papinianus.*" recte, et sic Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Flor. deleto *aulus*, postea repositum: *apianus.* Vid. Brencm. *h.* add. Cujac. *ad Lib.* XIV. *Papinian. Quaest. in expl. h. l.*

§. 1.

Alioquin si valuit jure communi, non esse jure rescissum.] Vid. *L.* 36. §. 3. *h. t.* Inde dicunt, facilius tolli remedium speciale, quam commune. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* III. *Cap.* 1. *num.* 15. quod non caret scrupulo. Ratio tutius petitur ex *L.* 85. *de reg. jur.*

§. 2.

Voluntas quoque *militis* testamenti *est.*] D. Goth. *in not.* „ Al. *quaeque militis testamentum est.*" Sic Rob. Steph. et Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 4. et *Dec.* 74. *error.* 10. (1).

(1) Nihil mutat Pothier. *Pand. Justin. h. t. num. ult.*

L. XXXVI.

Militis codicillis etc.] Late de hac Lege Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 74. *error.* 10.

§. 1.

Miles castrensium bonorum etc.] Vid. Fab. *loc. modo cit. Dec.* 71. *error.* 4. *seqq.*

§. 2.

Quod inde servari non (1) *potuisset*, praestari.] Al. *praestare* (2).

(1) *Non* apud Hal. abest. Sed male. Vid. Augustin. *Emend.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1436. et Jauch. *de Negation. Pand. p.* 98. De scriptura vocis *improvisum*, in Cod. Flor., in praecedentibus verbis, vid. Brencm. *h.*

(2) Ita Hal., probante Brencm. *h.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 353. *num.* 15. Malam versionem dicit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 197.

§. 3.

Testamentum jure communi,] Quod enim jure militari factum est, sola nititur voluntate.

Heredum institutiones, ac substitutiones (1), *in eodem statu mansisse placuit:*] Facit huc *L.* 34. §. 1. *h. t.* §. 7. *Inst. quib. mod. testam. inf.* Ches. *Different. Jur. Cap.* 34. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 723.] (2).

Legata vero petentes exceptione doli mali etc.] Vid. *L.* 22. *de adim. Legat.* Etiam ad pias caussas relicta, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 39. *error.* 10. qui *ibid. error.* 8. agit de diversitate inter hanc Legem et *L. pen.* §. *ult. de bon. poss. sec. tabb.* et quo pacto Legatis obstare possit sola mutata voluntas, non heredi (3).

Cujus exceptionis vires ex persona petentis *aestimantur:*] Legatarii. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.* (4).

Et (5) *alioquin potior est, in re pari, caussa possessoris.*] Heredis, licet is quoque non habeat defuncti voluntatem.

(1) *Ac substitutiones* apud Hal. absunt.

(2) Add. Voorda, *Elector. Cap.* 28. *p.* 287.

(3) Add. Marckart. *Interpr. rec. Lect.* II. 2. *p.* 183. *seqq.*

(4) Et Pothier. *in not. ad h. l.*

(5) *Et* abest apud Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 4.

§. 4.

Miles jure communi testatus, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 6.

L. XXXVII.

Et competit patrono ab intestato bonorum possessio:] Caute loquitur: non enim est legitima hereditas, sed venit hoc ex Constitutionibus. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 72. *error.* 2. Vid. et *L.* 42. §. 1. *de bon. Libertor.*

Nisi si haec voluntas defuncti probata fuerit, etc.] In dubio enim potius velle jure militari uti creditur. Fab. *d. loc. Dec.* 71. *error.* 4. add. Vinn. *ad* §. 5. *Inst. de hered. instit. num.* 7. (1).

(1) Ubi de pugna agit inter hanc Legem et *L.* 1. *Cod. eod.* de qua vid. et Voorda, *Elector. Cap.* 14. qui etiam alios citavit.

L. XXXIX.

Si filiusfam. miles etc.] Vid. Cujac. *ad Paul. Lib.* IX *Quaest. in expl. h. l.*

Legem Corneliam etiam ad ejus testamentum pertinere.] Non in aliis. *L.* 28. *de vulg. et pup substit.*

An similiter testamentum patris rumpatur?] Uti avi rumpitur. *Patris*, capti.

L. XL.

Lucius Titius miles Notario suo testamentum scribendum notis dictavit, etc] Vid. Leonin. *Emend.* IV. 13. et Foquel. *ad* §. *ult. Inst. de vulg substit.* (1).

(1) Add. Muret. *in not ad h. l.* Brencm. *Histor. Pand.* II. 5. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 55. *seqq.* Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. Cap.* 18. *p.* 174. *seq.* Sequitur: *et antequam literis* prae-

 scri-

ſcriberetur. Hal. et Vulg. *perſcriberetur*, probante Brencm. *h.* et Reiz. *in Obſ. Miscellan. Vol.* X. *p.* 376. *Per* et *prae* ſaepe permutantur. Vid. notata ſuperius ad *L.* 52. §. 4. *ad L. Aquil.*

§. 2.

Cum ex priore ſcriptura etc.] Haec, et quae ſequuntur, Glosſatori vel Triboniano adſcribit Freher. *Parerg.* II. 10. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 919.]

L. XLI.

Ut antequam dies veniat, quo admittatur inſtitutus, inteſtati hereditas deferatur.] Non recte id accipit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 27. *error.* 2. *num.* 10. (1).

(1) Res alioquin clara est.

§. 1.

Mulier, in quam turpis ſuſpicio etc.] Vid. ad *L.* 14. *de his quae ut indign.* Idem in Advocato concubinae legante, *Conſ. JCtor. Batav. Part.* II. *Conſ.* 110. quod Juri Civili non convenit (1).

(1) Add. Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 2. circa fin.

§. 3.

Si miles exheredaverit filium, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 6. *num.* 5. *et* 6. (1).

Dixi, non poſſe, licet ampla legata reliquerit. §. 4. *Exheredato miles* etc.] Lege: *reliquerit exheredato.* §. 4. *Miles* etc. ut bene post Viglium Vinnius, *ad* §. 4. *Inſt. de pupill. ſubſtit. num.* 2. (2).

(1) Add. Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 2. *num.* 4.
(2) Etiam Muret. *in not. ad h. l.* — In ſeq. §. 5. pro

quia

quia permittitur, *militem filio* etc. Vulg. habet: *militi filio* etc. Sed vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 355. *not.* 22. — Ad seq. *L.* 42. vid. Merend. *Controv. Jur.* VI. 8. add. Brisson. *Select. Antiq.* II. 7. — In seq. *L.* 43. *comitatum* significare *aulam Principis*, notat Puttman. *Miscellan. Cap.* 26. *p.* 250. De verbis *equestri militia ornatus*, vid. Burman. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 25. *Tom.* I. *p.* 768. — Ad verba seq. *L.* 44. *in hostico* vid. Hoffman. Meletem. *ad Pand. Diss.* XXV. §. 1. add. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *hosticus*, ibiq. Heinecc. De re ipsa vid. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 280.

TITULUS II.

DE ADQUIRENDA VEL OMITTENDA HEREDITATE.

Omittenda] In Indice Pand. Flor. *amittenda*; quod probat Cujac. ad *L.* 37. *de minorib.* (1).

(1) Rectius tamen scribitur: *omittenda*. arg. *L.* 88. *in fin. de hered. instit.*

L. I.

Qui totam hereditatem adquirere potest, etc.] Quid, si pars jure substitutionis delata sit? Vid. Duaren. *ad h. t. Pand. Cap.* 10. Cujac. *Obs.* XII. 14. *L.* 35. *h. t.*

L. II.

Non potest quasdam partes repudiare, etc.] De ratione Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 12. [Oper. *Tom.* I. *p.* 243.] (1).

(1) Cum seq. *L.* 4. junge *L.* 2. *de reg. jur.*

L. V.

L. V.

§. 1.

Eum, qui lege bonis interdicitur — posse adire hereditatem constat.] Non tamen sine curatoris consensu. Reinold. *Varior. Jur. Civ. Cap.* 1. Dissentit Suerin. *Repetit. Lection. Cap.* 41. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 86.] male. add. Vinn. *de Pactis, Cap.* 14. *num.* 4. (1). *Adire.* quod praecedentes non possunt.

(1) Et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 9.

L. VI.

Qui in aliena est potestate, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* IV. 22.

§. 1.

Sed in bonorum possessione placuit, etc.] Vid. Ghes. *Different. Jur. Cap.* 48. [in Jurispr. Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 769. *seq.*] (1).

(1) Ad seq. §. 2. vid. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 282. circa fin., et de lectione hujus loci Brencm. *h.*

§. 4.

Si is, qui putabat se filiumfam., patris jussu *adierit*, etc.] Absque eo non aditurus. *L.* 19. *de adq. rer. dom.* Facit huc *L.* 59. *de hered. instit.* add. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 67. *seq.*] *Nam eum, qui dubitat, utrum filiusfam.*, etc.] Vid. *L.* 34. *L.* 96. *h. t. L.* 21. *de condit. et dem.*

§. 5.

Patrem enim suum sine aditione faciet heredem, et quidem

dem necessarium.] Igitur per se exclusus ob hanc circumstantiam admittitur: de qualibus plura Cyriac. *Controv.* 284. *num.* 54. *seq.*

§. 6.

Sed si quis heres institutus adoptetur *a filio exheredato*, etc.] Post mortem testatoris, juxta Azon. (1).

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 7.

Eum, qui metu verborum, etc.] D. Goth. *in not.* „ *verberum*, Cujac. etc." sic Rob. Steph. et H. a Porta. (1).

Fallens (2) *adierit hereditatem*,] Id est, adire se simulavit, Graeco more. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1279.] Cujac. *ad L.* 21. §. *pen. quod met. caus.*

(1) Vid. Brencm. *h.* Sed receptam lectionem defendit Marckart. *Interpr. rec. lection.* II. 13. *p.* 253. *seq.* post Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 13. *Tom.* I. *p.* 220. add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. quod met. caus. p.* 474. *not.* 49.

(2) *Pallens*, Brencm. *h.* non necesse.

L. VII.

Si quis filiumfam. etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 34. *error.* 7. *num.* 8. *seqq.*

§. 1.

Si filius, priusquam sciret se necessarium exstitisse etc.] Ratio sequens docet, idem esse, etsi filius hoc scierit, modo voluntatem non declaravit. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 12. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 710. Unde non pro-

probo, quod tradit Ant. Faber, Cod. II. 25. Def. 5. heredi sui heredis non dari in integrum restitutionem ex persona sui heredis mortui.

Permittendum est nepoti etc.] *Suo* quoque: aliis id non dari, putat Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 9. *num.* 12. *seq.* et *Dec.* 34. *error.* 6. *num.* 8. *seq.*

L. VIII.

§. 1.

Impubes, qui in alterius potestate est, si jussu ejus adierit hereditatem, etc.] Sibi delatam. Imo et infans pro herede gerendo adquirit. *L.* 65. §. 3. *vs. sive enim* etc. *ad SCtum Trebellian.* Non tamen *adit:* quod dicit Averan. *Interpr. Jur.* I. 12. *num.* 29.

L. IX.

Neque enim scire, etc.] Scip. Gentil. *de Scient. hered.* *Cap.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 70.] alludi putat ad verba: *quibus scieris* etc. (1) quod non video. Sed vid. Charond. (2).

(1) In formula *cretionis.* Vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 22. §. 27.
(2) Qui ad verbum *decernere* in margine notat: „in meo libro legitur *cernere*, et alludit ad formulam cretionis: *cernitoque* etc." Vulg. *discernere.* Vid. Brencm. *h.*

L. XII.

Ulpianus Lib. XI. *ad Edictum.*] Ubi egit de *in integrum restitutionibus minorum.* add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 9. *num.* 74. *seqq.*

Non est necesse, Praetorem adire,] Non, ne teneatur creditoribus, sed, ut possit abstinere. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 9. et *error.* 10. *num.* 6.

Sed

Sed sufficit, se non miscuisse (1) *hereditati.*] Quod qui factum contendit, id videtur debere probare: unde non admitto, quod Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 2. tradit, creditores, sine periculo expensarum, litem cum defuncto coeptam transferre posse in liberos, et abstentionem debere esse expressam, *ibid. Def.* 18. etsi non negem, exsecutionem posse fieri in bonis patris, juxta Eund. *ibid.* VII. 20. *Def.* 30.

Neque quicquam amoverat,] Minima enim res sufficit.

(1) *Immiscuisse*, Hal. Sequitur: *Et est in Semenstribus Viviis Soteri* etc. Florentinam rectam esse ait Brencm. *h.* pro *Viviis* tamen mavult: *Vibiis.* add. notata superius ad *L.* 46. *de pactis.* Sed *in Semestribus D. Severi* forte legendum, conjicit Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XIII.

§. 2.

Quam heres institutus decernat etc.] Id est, statuat.

L. XV.

Nam plus est in opinione, quam in veritate.] Animus enim hic spectatur (1). Janus a Costa, *ad* §. 11. *Inst. de Legat.* intelligit hoc de errore juris: quod non video. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 30. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 538. *seq.*] restringit ad casum hujus Legis. Juxta Donellum, *in Comm. Jur. Civ.* VIII. 11. in fin. locum id habet in casibus, ubi opinio impedire potest, quod veritas non impediret: secus, si quis velit id gerere, quod potest. add. Scip. Gentil. *de Scient. hered.* *Cap.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 68.]

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* Aliter Marcil. *ad* §. 11. *Inst. de Legat.*

L. XVI.

Et e contrario, qui se putat necessarium, etc.] Quid, si, qui est necessarius, putans se voluntarium, adierit? Scip. Gentil. *loc. modo cit.* putat aditionem valere. Sed revera ipso jure hic fuit heres.

L. XVII.

§. 1.

Credendus est (1) *utrumque repudiasse:*] Vid. *L.* 77. *h. t.*

Si ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit: etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 78. *seq.*]

(1) Al. *credendum est, utramque* etc. Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXV. §. 2. qui mavult: *credendum est, ut utrumque* etc. ego nihil muto.

L. XVIII.

Is potest repudiare, *qui et adquirere potest.*] Ergo nec tutor, nec curator, nec pater. Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 11. *Adquirere*, jus in re: non, qui tantum in personam actionem habet. Averan. *Interpr. Jur.* II. 16. *num.* 21. *seqq.*

L. XX.

Ulpianus Lib. LXI. *ad Edictum.*] Ubi egit de *rebus auctoritate Judicis possidendis*, et affinibus.

Non esse facti, quam animi:] D. Goth. *in not.* „ Al. *non tam esse facti* (1), etc. Est vero Hellenismus. Ant. Augustin. etc." add. Tacit. *Annal.* III. 8. (2).

Si quid quasi non *heres egit*,] *Non quasi*, Rob. Steph. (3) quod melius.

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

(2)

(2) Et Bynkersh. *Obs.* I. 10. add. notata superius ad *L.* 1. *de offic. Praesid. not.* 2. et ad *L.* 27. §. 1. *de pact. not.* 1. De re ipsa vid. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 5. *seqq.*

(3) Etiam Hal.

§. 1.

Et ideo solent testari liberi, etc.] De talibus protestationibus late Cyriac. *Controv.* 244. *num.* 36. *seqq.* (1).

Aut res tempore perituras distraxit,] Vid. *Consil. JCtor. Batav. Part.* IV. *Cons.* 114.

(1) Ad verba sequentia: *vel justa et fecit*, vid. Idsing. *Varior. Cap.* 7. *p.* 56.

§. 2.

Si quid tamen quasi heres *petit*, etc.] Quo nomine non possit operas consequi. *L.* 29. *de oper. libertor.* Cujac. *ad Lib.* 1. *Paul. Quaest. in expl. L.* 88. *pr. h. t.*

Cum petitio earum etiam creditoribus *competat*,] *Etiam non heredibus*, legit Cujac. *in Not. poster. ad pr. Inst. de adquis. per arrogat.* (1) per *L.* 4. et 29. *de oper. libertor.* Creditores hic jus non habent.

(1) Dissentit Jauch. *de Negation. Pand. p.* 177.

§. 4.

Idem debebit consequi jure Praetorio, *quod emancipatus consequitur*, etc.] Vid. *L.* 89. *de Legat.* 1°. (1).

(1) Sequitur: *potuisset non heredi dando* etc. Hal. *potuisset et non heredi* etc. quod melius putat Brencm. *h.* Sed potest *et* repeti ex ultimis literis in *potuisset*. Vid. Geb. *h.*

§. 5.

Haec enim actio poenam et vindictam, quam *rei persecutionem* etc.] Id est, potius quam (1).

(1) Add. Augustin. *Emend.* IV. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1537. et notata superius ad *L.* 2. §. 1. *de reb. cred. not.* 8.

L. XXI.

Si quis extraneus *rem hereditariam* etc.] Secus in *suo*. Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 8. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 3. *error.* 6. (1).

(1) In seq. §. 1. verb. *ut puta si re* non *hereditaria* etc. Graecos particulam negantem omittere, notat Leunclav. *Notat.* II. 63. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1519.

§. 3.

Nihil ei nocere, quo minus pro herede gereret (1).] Hoc benigne receptum. *L.* 5. §. 1. *si pars hered. pet.* Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 3. [*Oper. Tom.* I. *p.* 85.] Vid. et Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 10. *num.* 15.

Si conditionem, sub qua heres institutus est, non ignorat:] *Ignorat*, et mox *puta non posse*, legit Cujac. *Tract.* I. *ad African. in expl. L.* 46. *h. t.* (2) et Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 80. *seq.*] reclamantibus Merillio, *Var. ex Cujac.* III. 30. et Jac. Gothofredo, *Animadv. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 312.]

Si tamen exstitit conditio,] Quam adjectam non noverat.

Sub qua substitutus (3) *est.*] Suo coheredi.

Quid tamen, si ignorat conditionem extitisse?] Quam adjectam sciebat.

Puta posse adire hereditatem:] D. Goth. *in not.* „Imo non potest. *L.* 2. *in fin. L.* 23. *de cond. et dem.*" Non obstant. De hoc §. etiam Stek. *Vindic. anticrit. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 528.] qui non satisfacit (4).

(1) Flor. non adeo antique factum: *gerat*, et sic Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

(2)

(2) Quem sequi etiam videtur Pothier. *in not. ad h. l.*
(3) Vid. de hac voce Brencm. *h.*
(4) Vid. et Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. testam. quemadm. aper.* Jauch. *de Negation. Pand. p.* 178. 191. 198. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8.

L. XXIV.

Ulpianus Lib. VII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 2. *si quis omiss. causs. testam.* etc.

An pro herede gerere videatur, qui pretium hereditatis etc.] Vid. Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 20.

Sive igitur a substituto non heres accepit,] *Non* abest ab edit. Rob. Steph. et Vulg. (1) recte.

(1) Etiam ab Hal. Vid. Geb. *h.* add. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 147. et Zepernick. *Diatrib. de Judic. Centumviral.* adj. Siccam. *de Judic. Centumvir. p.* 417.

L. XXV. (1).

(1) De *pr.* hujus Legis egit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 197. De voce *serviat* vid. Brencm. *h.* Pro *nec fructuarius quidem servus* Hal. et Vulg. habent: *ne fructuarius quidem*, omissa voce *servus*. Brencm. *d. loc.* De locutione *nec — quidem* vid. notata superius ad *L.* 67. *de jur. dot. not.* 3.

§. 4.

Quae interponitur perfecto negotio,] *Quae non interponitur* (1) Jauch. *de Negation. Pand. p.* 98. *et* 258. Perperam. Jac. Gothofred. *ad L.* 29. *de reg. jur. profecto negotio*: quod non probo. add. Otton. *ad* §. 2. *Inst. de auctorit. tutor. Perfecto negotio*, id est, statim ab eo, qui omnia jam novit. Hotoman. *Obs.* XII. 2.

(1) Sic etiam Marcil. *ad* §. 2. *Inst. de auct. tutor.* aut alioquin legit: *infecto negotio. Perfecto* dici pro

perficiendo: putat G. Pauw. *Diss. ad Var. Jur. Civ. Cap. Cap. 5. num.* 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 134. et *Obs. Jur. Civ. Cap.* 22. *p.* 133. et Sammet. *Opusc. Cap.* 18. *p.* 157. Late de hoc loco etiam egit Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 70. *seqq.* Vid. et Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de auct. tutor.* Brencman. *de Eurematic. Cap.* 8. §. 8. *num.* 4. *seqq. p.* 181. *seq.* Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 9. *Interponitur*, id est, interponi potest, scil. immediate: secus ac *jussus*, qui semper praecedit. — In seq. §. 7. verb. *vel quid si pro herede gerere mandavit., filius adiit hereditatem?* manum Triboniani agnoscit Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 84. Sed vid. Wybon. *in Tribon. defens. p.* 322.

§. II.

Quod si ex parte jussit, potest ex asse adire.] Vid. Scip. Gentil. *de scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 3. [*Oper. Tom.* I. *p.* 84.]

At si ex testamento mandavit, poterit et ab intestato:] Vid. Scip. Gentil. *d. loc. Cap.* 3. *Part.* I. *p.* 78.

Quoniam non fecit deteriorem conditionem patris.] Circa Legata, etc.

L. XXVI.

Si jussero filio, vel servo, adire, etc.] Mandatum tamen tale non est aditio, ut vult Averan. *Interpr. Jur.* I. 12. *num.* 43. Sed habet ejus vim. Idem, *ibid. num.* 60.

L. XXX.

Divus Pius rescripsit Consulibus, etc.] *Consulentibus*, Hotoman. *Obs.* VII. *ult.* male. Vid. Scip. Gentil. *de Jurisdiction.* II. 5. [Oper. *Tom.* III. *p.* 140.] quocum tamen eo nomine hic non intelligendi Magistratus Municipales.

§. I.

Idemque et per bonorum possessionem Edictalem. Denique

que Praetor etc.] Leonin. *Emendat.* VII. 14. legit: *Denique et per bonorum posſeſſionem talem Praetor* etc. magis tamen probat *Edictalem* (1).

(1) Aliter Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de ventre in poſſ. mittend. p.* 386. *in fin. et ſeq.* legens: *Ideoque et per bonorum poſſeſſionem Edictalem denique Praetor* etc. Nihil mutat Pothier. *Pand. Juſtin. hoc tit. num.* 54.

§. 2.

Quoniam in eo est, ut rumpatur *testamentum,*] Id est, rumpi posſit.

§. 3.

Si justa *ratione ductus,*] Propria tamen tantum.

§. 5.

Quae ſe praegnatem (1) *fingit,*] Sciens, ſe non esſe praegnantem.

(1) Vid. notata ſuperius ad *L.* 7. *de testam. milit.*

§. 6.

Suum heredem, certum est, ex aſſe heredem eſſe, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 10. *num.* 16. *ſeq.*

Ex parte dimidia et ignorantem fore heredem, non ex quarta,] Inepte Petit. *Obſ.* II. 3. *p.* 189. legit: *ex parte dimidia et ignorantem fore heredem? non: ex quarta.* Vid. Scip. Gentil. *de Scient. hered.* in fin. [*Oper. Tom.* I. *p.* 87.] (1).

(1) Add. notata ſuperius ad *L.* 3. *ſi pars hered. pet. not.* 21. et Pothier. *in not. ad h. l. Pand. Justin. hoc tit. num.* 59.

§. 8.

Si certus sum, non esse falsum testamentum, etc.] Facit huc *L.* 86. §. 1. *h. t.* add. Scip. Gentil. *loc. modo cit. Cap.* 3. *Part.* 1. *p.* 76.

L. XXXI.

Heredi cum postumo instituto etc.] Facit huc *L.* 53. §. 1. *h. t. L.* 9. *de suis et legit. hered.*

L. XXXII.

§. 1.

Et sub conditione, etc.] Facit huc *L.* 13. *L.* 22. *h. t. Et, si sub conditione*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 16. *num.* 3. (1).

(1) *Nec sub conditione*, Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 10. *p.* 426.

§. 2.

Etsi ejus conditionis sit in veritate, ut etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 74.] *Etsi ejus conditionis is sit* etc. Best. *loc. modo laud.* (1). *Ut testari* poterit.] Al. *potuerit* (2).

(1) Hal. *sit, ut in veritate* etc. Vid. Brencm. *h.*
(2) Sed vid. Duker. *ad Opusc. de Latinit. Vett. JCtor. p.* 356. *not.* 23. add. notata superius ad *L.* 25. *de Legib.* et ad *L.* 16. *de adm. et peric. tutor.*

L. XXXIII.

Paulus Lib. XII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 74. *h. t.*

L. XXXIV.

Jam dictum est.] Vid. *L.* 74. *in fin. h. t.*

§. 1.

§. 1.

Consequens est dicere, posse eum adire, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 80.]

Quam in eventum *putabat*:] Glosſ. explicat: *in eventu fortunae positam* (1).

(1) Pothier. *in not. ad h. l. Pand. Justin. h. t. num.* 52. mendum hic irrepſisſe putat, et legendum: *cujus in eventum se institutum putabat.* Nimis audacter.

L. XXXV.

Erunt namque heredes:] Obſtat *L.* 80. §. 2. *h. t.* Vid. Cujac. *Obſ.* XII. 14. (1) cui obloquitur Fr. Mars. Gordon. *Praetermisſ. Jur. Civ. Cap. ult.* [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 890.]

(1) Quem ſequitur Papillon. *de Jure accresc.* et *de substit. pupill. Cap.* 5. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 783. et 733. Sed Paulum ab Ulpiano disſentire, putat Chiflet. *de Succesſionib. Cap.* 4. in *ead. Theſ. Tom.* V. *p.* 682. *in fin. et seq.*

L. XXXVI.

Si ex sua parte dominus, etc.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 7. *de reg. Jur.*

L. XXXVIII.

Ulpianus Lib. XLIII. *ad Edictum.*] Agens de *bonorum posſesſionibus.*

Posteaquam prior abstinuit,] Secus, ſi ante. *L.* 55. *h. t.*

Dicendum est, hunc non posſe recuſare, etc.] Etſi ſubtili jure accretio hic cesſet. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 8. *num.* 8. *seqq.*

L. XXXIX.

Idem Lib. XLVI. *ad Edictum.*] Agens de bonorum possessione, cum non exstant tabulae.

Quamdiu potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non defertur.] Ergo nec heredi ab intestato permittenda bonorum possessio. Mev. *ad Jus Lubec.* II. 2. *Art.* 27. *num.* 61. Quomodo utraque possit esse in suspenso, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 27. *error.* 4. late.

L. XL.

Quaesitum est, etc.] In hac, et seqq. Legibus, a Triboniano multa profecta putat Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 3. Egit etiam de hac, et seqq. Legibus, Fr. Mars. Gordon. *Praetermiss. Jur. Civ. Cap.* 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 870. *seq.*]

Vel faciat,] *Vel capiat* (1), Cujac.

Ut puta si impuberi fuerit substitutus:] Exheredato. Fab. *d. Dec.* 32. *error.* 1. *num.* 6. Facit huc *L.* 10. §. 4. *de vulg. et pupill. substit.* (2).

Sed Marcellus eleganter distinguit;] Ut ipse Julianus, *L.* 27. §. 2. *ad SCtum Trebellian.* Fab. *d. Dec.* 32. *error.* 1. *num.* 6.

Utrum ex asse fuerit institutus in patris testamento,] Tunc filius fuit exheredatus.

Remota patris successione,] Quae hic nihilo minus ex testamento defertur (3).

(1) Hoc in contextum recepit Pothier., quem vid. de hac Lege in *Pand. Justinian. h. t. num.* 81. *in not.*

(2) Sequitur: *incidere eum in Edictum.* D. Goth. *in not.* „De hoc edicto vid. Cujac. *Obs.* XVIII. 8." qui intelligit edictum *si quis omissa caussa testamenti* etc. add. Idem, *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. L.* 12. *de vulg. et pup. subst.*

(3) Conf. Pothier. *d. loc.*

L. XLI.

L. XLI.

Poterit ex substitutione hereditatem obtinere.] Ergo sola existentia sui heredis confirmat pupillares tabulas. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. loc. modo cit.* ubi dissentientem Fabrum notat.

L. XLII.

Ulpianus Lib. IV. *Disputationum.*] Junge *L.* 40. *h. t.*

Nisi substitutus ei fuit;] Fr. Marс. Gordon. *Praetermiss. Jur. Civ. Cap.* 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 871.] putat, intelligi ex parte quoque institutum, ex *L.* 40. *h. t.* sine caussa.

Inclinat enim in hoc, etc.] Ut et Javolenus *L.* 28. *de reb. auct. Jud. possid.*

Quae sententia a Marcello recte notata est:] A quo male recedit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 1. *num.* 15. *seqq.* Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 11. *Thes.* 9. *Lit. a. p.* 658. *seq.* (1).

Alioquin, inquit, *et si frater fuit*, etc.] De Juliano, et regula ab eo posita, accipit Faber, *d. Dec.* 32. *error.* 2. *num.* 2.

Ab intestato possidebit hereditatem:] *Nec tamen creditoribus paternis tenebitur, quod sane absurdum esset*, supplet Faber, *d. loc. num.* 12. et accipit de legitimo herede simul substituto: quibus tamen non acquiesco.

Et quidem impune:] Quod ad Edictum: *si quis omissa caussa testamenti* etc. etsi aliud, quod ad creditores. Fab. *d. loc. num.* 13. *seq.*

Sine dubio necessarius heres existet.] Vid. *L.* 10. §. 1. *de vulg. et pup. substit.* Sed, an non et hic locus erit juri abstinendi? Imo cavillationi hoc adscribit Balduin. *in Justinian. Lib.* III. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1135.] Faber vero, *d. Dec.* 32. *error.* 4. hoc omne adscribit Triboniano.

(1) Add. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 198. *seqq.* et Pothier. *in not. ad h. l. Pand. Justin. tit. de vulg. et pup. substit. num.* 49. — In seq. §. 1. pro *non videri miscuisse hereditati* Rucker. *Obs. Cap.* 4. §. 2. *num.* 6. ope geminationis, legit: *non videri immiscuisse se hereditati.* Hal. *se miscuisse.* Vulg. *se immiscuisse.* Vid. Brencm. *h. miscuisse se*, ope geminationis, Geb. *ibid.*

L. XLIII.

Heres per servum hereditarium etc.] Vid. ad *L.* 1. §. 16. *de adq. vel amitt. poss.* (1).

(1) Et ad eam Legem Maran. *Oper. p.* 610. *seq.* add. P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 2. *p.* 10. *seq.*

L. XLIV.

Et ideo ei, qui fundum tutore auctore a pupillo emerit, etc.] Quod Juliani tempore per tutorem solum poterat fieri. add. Sand. *Decis.* I. 15. *Def.* 2. (1).

(1) Add. praec. verba: *quamvis patris bona — fiant*, vid. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XLV.

Aditio hereditatis non est in opera servili.] Add. *L.* 47. *de adq. rer. dom.*

§. 1.

Actione de dote eam hereditatem mulier recuperabit (1),] Conf. *L.* 65. *de jur. dot.* ubi vide.

(1) Flor. *reciperabit.* Vid. notata superius ad *L.* 33. *de adoptionib.*

§. 4.

Sicut in stipulando, et per traditionem accipiendo, ex re mea mihi adquirat (1).] Facit huc *L.* 21. *et seqq. de usufr.*

(1) Hal. et Vulg. *adquirit.* Vid. Brencm. *h.* .... :

L. XLVII.

Negavit, recte servum aditurum: etc.] Facit huc *L.* 25. §. 14. *seq. h. t.*

L. XLVIII.

Quod si, antequam ille petat, is, qui mandavit petendam, furere coeperit, etc.] Adquiretur tamen, si post mandans sit mortuus: quia et tunc mandatum revocari nequit. Merill. *Different. Cap.* 9. (1).

(1) Sequitur; *dicendum non est, statim ei* etc. Omnes habere: *dicendum est, non statim* etc. idque rectius esse, et ita etiam Flor. cum lineolis reductum, notat Brencm. *h.* — Ad seq. *L.* 49. vid. notata superius ad *L.* 4. *de auct. et cons. tut. et cur.*

L. L.

Si per epistolam (1) *servo pupilli tutor* hereditatem *adire jusserit,* etc.] Servo delatam, P. Fab. *Semestr.* II. 22. *Servo — jusserit.* Sic et *L.* 23. §. 2. *de hered. instit.* (2).

Si post subscriptam *epistolam tutor moriatur,* etc.] *Scriptam*, Al., et cum iis Brencman. *de Eurematic. Cap.* 8. §. 6. An opus? et alia etiam habet, quae non probo. Quo hoc εὑρηματικὸν pertineat, difficile. Merill. *Obs.* VII. 34. qui aliquid tentat, quod satis non facit.

(1) Flor. *epistulam.* Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 4. *de offic. Quaestor.*
(2) Ad quam vid. notata.

L. LI.

§. 2.

Sed et si ita quis dixerit, si solvendo hereditas est, etc.] Vid. Mev. *Decis. Part.* IX. *Dec.* 143. Aliud circa agnitionem rerum singularium, Idem, *ibid. Dec.* 193.

L. LII.

Perinde habeatur, atque si paterfam. adisset:] Non tamen videtur ideo filio ipsi adquiri, uti vult Bartolus. Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II *Disp.* 12. *Thes.* 6. *Lit. d. e. f. p.* 730: add. Pinel. *ad L.* 1. *Cod. de bon. matern. Part.* 1. *num.* 61. *seqq.* et Merend. *Controv. Jur.* IV. 23.

§. 1.

Qui ex parte heres institutus est pure, etc.] Vid. *L.* 33. *de hered. instit.*

L. LIII.

Gajus Lib. XIV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 34. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 239.] et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 435.

Qui ex duabus partibus heres institutus fuerit, etc.] Facit huc *L.* 33. *de hered. instit.*

Ea quoque pars ad heredem ejus pertinet.] Jus enim adcrescendi mansit in casu, quo apertis tabulis hereditas jam erat adita. Jac. Gothofred. et Heinecc. *locc. modo citt.* (1). Aliter Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1192.]

(1) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 26. §. 5. *not.* 19.

L. LIV.

Heres quandoque (1) *adeundo hereditatem*, etc.] Non idem in Legatis. *L.* 1. §. 4. *de SCto Silan.* *L.* 18. *de reg. jur.* Jas. *ad L.* 4. *Cod. de instit. et substit.* Sed in hereditate aliter fieret contra *L.* 7. *de reg. jur.* Vid. Gloss. et Cujac. *ad L.* 59. §. 6. *de hered. instit.*

(1) Id est, *quandocunque*. Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 3. *ex quib. causs. major.* et ad *L.* 6. *de tributor. action.*

L. LV.

Cum hereditate patris necessarius heres se abstineat,] Vid. *L. pen.* et *ult. h. t.*

Conditio coheredi, etc.] Qui jam adquisivit. Facit huc *L.* 38. *h. t.* Ergo non est hic jus adcrescendi.

Ut aut totam agnoscat, aut a tota recedat:] Facit huc *L.* 79. *ad SCtum Trebellian.* add. Fab. *de Erroribus Pragm. Dec.* 50. *error.* 8. *num.* 13. *et* 17. et *Error.* 9. et Averan. *Interpr. Jur.* I. 9. *num.* 49.

L. LVI.

Eadem conditio etc.] De qua *L. praec.*

L. LVII.

Ut quamvis creditoribus hereditariis jure civili teneantur,] Et in multis pro heredibus habeantur. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 10.

Tamen in eos actio non detur, si velint derelinquere hereditatem:] Hanc igitur non relinquentes, tenentur. Fab. *d. loc.* late.

Sed impuberibus quidem, etiamsi se immiscuerint hereditati, etc.] Quamvis tutore auctore. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec* 3. *error.* 5. (1).

Prae-

Praestat abstinendi facultatem.] Ergo etiam utendi beneficio inventarii. Fab. *Cod.* II. 25. *Def.* 2. *not.* 4.

(1) Add. D. J. van Lennep. *Exercit. Jur. Exerc.* VII. *p.* 68. *seqq.* ubi refutavit Voetium dissentientem.

§. 1.

Sed tamen et puberibus etc.] Non eorum heredibus minoribus. Fab. *d. Dec.* 31. *error.* 9. *num* 14. *seq.*

L. LVIII.

Et nondum adita hereditate etc.] Nec apertis tabulis. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 41. *de reb. cred.*

L. LIX.

Qui patri heres exstitit, etc.] Vid. de hac Lege Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 5. *et* 6. (1) ubi quoque de universali fideicommisso.

Etiamsi vivo pupillo mortuus erit,] Vid. Fab. *d. Dec.* 31. *error.* 7. *num.* 7. *seq.* et Merend. *Controv. Jur.* VII. 20. (2).

Et adcrescendi jure *adquiri cuicunque patris heredi*,] Quod a substitutione in multis differt. Merill. *Obs.* VII. 14. *Cuicunque patris heredi.* Vid. Fab. *d. Dec.* 31. *error.* 6. *num.* 9. *et* 15.

(1) Add. Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 19. qui putat, contrariae sententiae vestigium esse apud Cassium in *L.* 2. §. 1. *de stat. liber.*

(2) Sequitur: *nam is, qui heres extiterit*, etc. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 3. mavult: *nam is, qui ei* (i. e. substituto coheredi) *heres extiterit.*

L. LX.

L. LX.

Labeo ait, si probaretur sane mente pater etc.] Lege: *sana* (1).

Et in Javoleni sententia est (2).] Hinc colligunt, heredem institutum, qui ab intestato proximus non est, repudiantem ex testamento, non posse iterum ad testamentum redire. Vid. Rittershus. *ad Novell. Part.* VII. *Cap.* 1. *num.* 5.

(1) Vitium typographicum est.

(2) De varia hujus loci lectione vid. Brencm. *h.* et Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXV. §. 3. qui mavult: *et id Javoleni sententia est*; vel, *et Javoleni sententia ea est.* Joach. Joh. Schwartz. *Spec. Obs. ad var. JCtor. Vett. Fragmenta*; *Cap.* 1. Lugd. Batav. 1750. *et Javoleni in sententia*. add. Hier. van Alphen, *Diss. de Javolen. Prisco*, *Cap.* 3. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. Vol. III. *Tom.* 1. *p.* 82. *seq.* ubi refutavit Jensium, putantem, Labeonis sententiam reprehendendi tantum prurigine a Javoleno impugnari.

L. LXI.

Ut ejus partis onus coheres suscipere non cogatur.] Potest tamen, si velit. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 9. add. Idem, *ibid. error.* 8. *num.* 11. (1).

(1) Et Vinn. *Sel. Quaest.* L. 14. Ad seq. *L.* 62. vid. Majans. *Disp.* V. §. 23.

L. LXIII.

Libro singulari Regularum Pomponii Marcellus notat. (1).] Junge *L.* 16. §. 1. *qui testam. fac. poss.* (2) *L.* 24. *de oblig. et action.*

Furiosus adquirere sibi commodum hereditatis etc.] Vid. ad *L.* 1. *de bon. poss. furios.*

(1) Insolentiam hujus inscriptionis effecisse, ut haec verba in ipso MS. Flor. cum superiore Lege confundantur, notat Brencm. *ab.* post Augustinum, *ibid. cit.*
(2) Add. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 3. §. 3. *et* 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 81. *et* 83.

L. LXIV.

Servus duorum heres institutus, etc.] Facit huc *L.* 80. §. 2. *h. t.*

L. LXVIII.

Paulus Lib. V. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 236.] et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 404. (1).

(1) Pro *nam quia saepius adit*, *non ex testamento*, etc. Hoffman. *Melctem. ad Pand. Diss.* XXV. §. 3. in fin. legit: *adit*, *id non ex testamento* etc. ope geminationis: *id non*, habet quoque Hal. Vid. Geb. *h.*

L. LXIX.

Ulpianus Lib. LX. *ad Edictum.*] Agens de remediis, quibus creditoribus post mortem debitoris consulitur (1).

(1) Vid. de hac Lege Voet. *ad Tit. Pand. de Jur. deliber.* §. 1.

L. LXX.

Paulus Lib. LVII. *ad Edictum.*] Agens de remediis, quibus creditores hic juvantur.

§. 1.

Si vero ei, ad quem legitima hereditas potest pertinere, conditio data sit:] In testamento instituto (1).

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 35.

L. LXXI.

L. LXXI.

Ut non iterum servus ejus fiat,] D. Goth. *in not.* „ *Non ut iterum*, Contius etc. (1)." Non opus.

(1) Add. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 14. *p.* 193. *in fin.* atque ita etiam legi in edit. Sennetoniana, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 4. qui in seqq. verbis pro *hoc enim satis impium est*, legi mavult: *hoc enim satis iniquum est.*

§. 3.

Praetor ait: si per eum eamve factum erit, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 10. *num.* 26. Hic scil. se immiscet.

§. 4.

Si quis suus se dicit retinere hereditatem nolle, etc.] Sic et *L.* 12. §. *ult. de bon. libertor. L.* 52. §. 1. *de action. emt. vend.*

Abstinendi beneficium non habebit.] Vid. Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 8. Nec restitutio in integrum habet locum: non enim amotio potest rescindi. Cujac. *Consultation.* XI.

§. 9.

Etenim qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto obligatur?] Hereditati. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 10. *num.* 26.

L. LXXII.

Nemo dubitat, quin substitutus ultimum diem aditionis exspectare non solet (1).] Facit huc *L.* 73. *de hered. instit.*

(1) D. Goth. *in not.* „ *soleat*, Hal." Etiam Rob. Steph. Dixit tamen etiam Gajus in *L.* 14. *pr. de* Le-

Legat. 3°. *non dubium, quin — cogenda est:* si hic locus sanus sit, et rursus in *L.* 10. §. 1. *de his quae ut indign. non dubito, quin — manere debet.*

L. LXXIV.

Idem Lib. XII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 33. *h. t.*

§. 1.

At si quinque putet se jussum dare, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 80.]

§. 4.

Julianus hunc diceret fieri heredem.] Facit huc *L.* 34. *h. t.* (1).

(1) Add. Scip. Gentil. *loc. modo laud. Cap.* 2. *p.* 67.

L. LXXV.

Ex semisse Titius heres scriptus est: quadrantis (1) *bonorum possessionem* etc.] Vid. Scip. Gentil. *loc. modo cit. Cap.* 3. *Part.* 3. [*p.* 84.]

(1) Accipiendum hoc de quadrante, ex quo scriptus non est, sed ex quo se scriptum credit, cum non ipse, sed ejus coheres ex quadrante scriptus sit, arg. *L.* 10. *h. t.* notat Pothier. *ad h. l.* in *Pand. Justin. h. t. num.* 21.

L. LXXVI.

Deinde conditio jure *sextantis extitisset:*] *Jure explexit* (1).

(1) In seqq. verbis pro *utrum ex substitutione prius adierit,* legendum: *prius adieris,* monet Brencm. *h.*

§. 1.

§. 1.

Quin ex substitutione adeundo Titianae partis, *habiturus partem esses?*] Lege: *Titianae partis adeundo*, et sic omnia erunt clara, quae nunc turbida sunt: vel sic debent exponi.

L. LXXVII.

Verùm eodem momento intelligor, et ex testamento, et legitimam repudiare:] Vid. *L.* 17. §. 1. *h. t.* add. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 79.] (1).

(1) Et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 329. *seq.* quem etiam vid. de seq. *L.* 78. *ibid. p.* 449 *seqq.*

L. LXXIX.

Ulpianus Lib. II. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 4. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 214.] et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 192.

Confestim adquiri ei, cujus est in potestate,] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VII. 48. *num.* 12. *seqq.* Non tamen nocet patri filius ea ratione se obligando. Fab. *Cod.* IV. 19. *Def.* 2. ubi casus notabilis.

L. LXXX.

Paulus Lib. IV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *loc. modo laud. Cap.* 30. [*p.* 236.] et Heinecc. *p.* 379.

Nec interest, in quibusdam habeam substitutum, nec ne.] Ratio in *L.* 69. *h. t.* (1).

(1) In seq. §. 1. pro *etiamsi aliis* mixtus *heredibus*, Al. habere: *mixtis*, monet D. Goth. *in not.* Ita ipse Taurell. in margine. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Verius est, non mihi esse adquisitam illam portionem, sed ipsum comitari:] Facit huc *L.* 64. *h. t.* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 35. *pr. h. t.*

L. LXXXI.

Ulpianus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 236.] et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 406.

L. LXXXII.

Terentius Clemens Lib. XVI. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *loc. modo cit. Cap.* 33. [*p.* 239.] et Heinecc. *p.* 426.

Si servus ejus, qui capere non potest, etc.] D. Goth. *in not.* „Puta, coelebs." add. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 17. §. 1. et sic Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. de hered. qual. et diff.* Non vero agitur de eo, cum quo non est testamenti factio (1).

Heres instituatur,] Quod potest, nec regulae Catonianae hic locus. *L. ult. de reg. Caton.* Forner. *Rer. Quotid.* III. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 202. in fin.]

Nihil enim interest, de universo quaeratur: etc.] Non obstat *L.* 12. §. 2. *de Legat.* 1°. quae de alia capacitate agit: et hic initium non spectamus.

(1) Add. Gisb. Regius, *Enantioφ.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1505. Late de hac Lege agit Calder. *Var. Lection.* IV. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 662. *seqq.*

L. LXXXIII.

Ulpianus Lib. XVIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac.

Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.] et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 442.

Si totam an partem, etc.] Leonin. *Emend.* VII. 21. *aut;* male (1).

Nihil ei debere adcrescere,] Quod jus venit a Lege, cujus et hic auxilio indignus. Facit huc *L.* 43. *de jur. fisc.* Aliud *L.* 43. *in fin. de vulg. et pup. subst.* ubi adest pro eo defuncti voluntas. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 5. *num.* 6. add. Ulpian. *Fragm. Tit.* 25. §. 17. (2) *L.* 59. §. 1. *ad L. Falcid.*

Quia rem non *videtur habere.*] Revera habet. *L.* 88. *de hered. instit.* Sed omne emolumentum ei aufertur. *L.* 17. §. 2. *de usur.* (3). Aliud in venditore. *L.* 4. §. *ult. si quis omiss. causs. testam.*

(1) *Si totam hereditatem aut partem*, Hal. Al. *eam.* Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. *an* vel *am* male repetitum censet ex praec. voce *totam.* Sed vid. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de hered. vel act. vend. p.* 351. *not.* 34.

(2) Ubi vid. Schulting. *not.* 43.

(3) Add. P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 3. §. 6. *p.* 88. *seqq.* et Gluck. *loco modo cit. p.* 352. *seqq.* Commentarium ad hanc Legem scripsit Franc. Ramos del Manzan. in Thes. Meerman. *Tom.* VII. *p.* 255. *seqq.*

L. LXXXIV.

Heres fuisse intellegitur:] Ex testamento (1).

Et ideo decreto (2) *filio succurrendum est*, etc.] Facit huc *L.* 85. §. 2. *de reg. jur.* Obstat *L.* 16 *de lib. et postum.* ubi vide. add. Fab. *Conj.* I. 10. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 10 *num.* 17.

(1) Praecedit: *sed si* vacua *ventre mulier fuit.* D. Goth. *in not.* „Forte legendum; *vacuo.*" Ita Flor. correc-

rectum, licet non admodum antique. Vid. Brencm. *h.* De voce *exter* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 419. Hal. *exterus.* Vulg. *extraneus.*

(2) Id est, bonorum posfesfione decretali *contra tabulas*, aut *unde liberi*. Pothier. *in not. ad h. l.* add. Calder. *Var. Lection.* II. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 610. *seq.*

L. LXXXVI.

Idem Lib. VI. *Responsorum.*] Vid. de hac Lege, praeter Cujacium, *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.*, Fab. *Conject.* XIV. 1. (1). Merend. *Controv. Jur.* IV. 12. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 14. *Def.* 24.

Pannonius Avitus,] D. Goth. *in not.* „*Pomponius Avitus*, Hal. (2)." Olim lectum: *Pantonius*, quod probat Bynkersh. *Obs.* III. 7.

Quia intra diem aditionis *Avitus obisset*] D. Goth. *in not.* „centum dies." Cujac. *Obs.* III. 6. (3).

In eo, qui Legationis caussa Romae erat, et filium, *qui matris* etc.] *Et filio*, Cujac. *ad Papin. loc. modo laud.* ut sit unus casus (4).

Sine respectu ejus distinctionis etc.] Quo tempore obierit.

(1) De quo vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 3. *p.* 686. Aliter Legem hanc explicat Voorda, *Interp. et Emend.* II. 20. et aliter rursus Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* II. 9. §. 11. Egit de ea etiam de Retes, *Opusc. Lib.* VII. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 367. *seq.*

(2) Sed falli Gothofredum, et Haloandrum facere cum Florentina, notat Brencm. *h.* qui mavult: *P. Antonius Avitus*, cum Alciato, *Parerg.* VII. 16.

(3) Et *ad Papinian. loc. cit.* add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 27. *not.* 74.

(4) Add. Pothier. *in not. ad h. l. Et filii nomine*, Jo. Can-

Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 32. p. 104. *Filium, eique matris*, Voorda, *loc. cit.* *Et in filio, cui matris*, Wieling. *loc. laud.* qui etiam alias lectiones refert.

L. LXXXVIII.

Licet nihil attingat hereditarium:] Vid. Vinn. *ad* §. *ult. Inst. de hered. qualit. et diff. num.* 2. (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. Ad seqq. verba: *cujus possessio qualis qualis fuit* etc. vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 22. *num.* 16. *seq.* add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de divis. rer.* §. 169. *not.* 7. *p.* 435.

L. LXXXIX.

Succurrendum est et fidejussoribus ab eo datis,] Non restitutione, qua non opus ob *L.* 57. *h. t.* Sed exceptione doli mali. Averan. *Interpr. Jur.* II. 8. et sic *L.* 2. *in fin. de adm. et peric. tutor.* (1).

(1) Explicuit hanc Legem Altamiran. *Tract.* XIII. *ad Libb. Scaev. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 524. *seqq.*

L. XC.

Per curatorem *hereditatem adquiri non posse.*] Vid. de hac Lege Averan. *Interpr. Jur.* I. 12. quem *num. ult.* non probo. D. Goth. *in not.* „*Per procuratorem*, Hal. etc." Nec infrequens nominum illorum confusio. Cujac. *ad L.* 23. *de hered. instit.* (1). Florentinam tuetur P. Fab. *Semestr.* II. 22. *Procuratorem*, mallet Averan. *d. loc. num.* 39. (2). Pergit Goth. „Hereditas adquiri non potest per procuratorem, ut *hic*." Obstat locus Ciceron. *ad Attic.* XIII. 46. nec satisfaciunt Interpretes (3).

(1) Add. Bynkersh. *Obs.* II. 20.
(2) Facile *pro* post *per* excidere potuisse, notat Brencm. *h.* Utramque lectionem probat Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 27. Egit de hac Lege etiam Calder. *Var. Lection.* II. 1. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 607. seq.
(3) Hujus loci Ciceronis meminit quoque Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 27. *not.* 74.

L. XCI.

Bona patris mercatus] Omnia titulo universali olim usitato (1): talis enim verbo magis, quam re abstinuit. Cujac. *ad Libb. Paul. Respons. in expl. h. l.* Excipe, nisi pecunia jam exsoluta sit per *L.* 8. §. 7. *quib. mod. pign. vel hyp. solv.* add. Cujac. *Obs.* XXVI. 15.

(1) Add. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 2. *pr. not.* 5. — Sequentem Legem 93. inseruit Schulting. *Sent. Paul.* III. 4. in fin. — Ad seq. *L.* 94. vid. Finestr. et de Monzalv. *ad Hermog. Libb. Jur. Epitom. Tom.* II. p. 672. *seqq.*

L. XCV.

Paulus Lib. IV. *Sententiarum.*] Pertinet ad SCtum Pegasianum. Cujac. *ad Paul. Sent.* IV. 4. §. 1. (1) add. Idem, *in not. poster. ad* §. 5. *Inst. de hered. qual. et diff.*

(1) *Not.* 2. ubi vid. et Schulting.

L. XCVI.

Qui se pupillum falso existimans, etc.] Facit huc *L.* 6. §. 4. *h. t.* (1).

(1) Vid. et de hac Lege Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 677. *seqq.*

L. XCVII.

L. XCVII.

Papinianus putabat, repudiasse eum ex priore hereditatem, etc.] Secundum hanc Papiniani sententiam judicatum refert Fab. *Cod.* VI. 12. *Def.* 19. *not.* 6. (1).

(1) Pauli tamen sententiam humaniorem aequioremque esse, censet Jens. *Strict. ad Pand. p.* 294. Quemque suam hic relatam sententiam secutum videri in *L.* 46. *de bon. libertor.* et *L.* 3. *pr. si quid in fraud. patron.*, notat Bynk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Egit de hac Lege etiam Calder. *Var. Lection.* I. 5. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 598.

L. XCVIII.

Quaero, an in Sejam, quae sola heres remansit,] Volens. Facit huc *L.* 61. *h. t.* Vid. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 8. *num.* 14.

Actiones solere decerni etc.] Quae directe non, nisi pro ejus parte, competunt. Fab. *d. loc. num.* 15. *et* 17.

L. XCIX.

Altera bona paterna vindicarat (1), etc.] Sic *L.* 44. *de re judic.* hereditatis enim pars ipso jure penes alteram abstinentem mansit. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 8. *num.* 16.

Sanctum Cassium Praetorem,] D. Goth. *in not.* „*secundum Cassium*, Hal. Forte *Statium*.“ *Sancti* plures dicti. Bynkersh. *Obs.* III. 7. (2).

Actiones hereditarias utiles daturum,] Altera enim ipso jure heres manebat.

Quae ad hereditatem patris accederat,] More antiquo, pro *accesserat*. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 33. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1306.] (3).

(1) *Vindicare*, legit Brencm. *h.* Praecedit: *Aristo in* *De-*

Decretis Frontianis *ita refert.* Vulg. *Frontinianis.* Hal. *Frontonianis*, quod praefert Brencm. *h.* et Pothier, *Pand. Justin. hoc tit. num.* 89. qui explicat: *id est, Aristo, cujus sententia refertur in Frontonis Libris Decretorum.* add. de his Decretis Grotium, *in Vit. Aristonis*, Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 28. *in not.* ibiq. citatum Ritterum.

(2) Qui propterea hoc nomen retinendum censet, vel legendum: *Scantium.*

(3) Add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* p. 367. not. 47. *Accesserat*, Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.* qui tentat: *accederet*, et mox *abstinuerit.*

TITULUS III.

TESTAMENTA QUEMADMODUM APERIANTUR, INSPICIANTUR, ET DESCRIBANTUR.

Aperiantur,] Vid. Lucian. *in Timon.* [*Tom.* I. *p.* 132. edit. Reitz.] Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1188. *seq.*] (1).

(1) Add. Paul. *in Sent.* IV. 6. ibiq. Interpp. Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 7. In primis autem ad intellectum hujus Tituli faciunt, quae de antiquo more testamenta signandi in medium attulit Spangenberg. *Beytrag zu der Lehre von den Testamenten*, in *dem Archiv für die Civilistische praxis*, 5. B. 1. H. p. 144. *seqq.*

L. 1.

Omnibus, quicunque desiderant, etc.] Sunt verba Gaji, non Edicti. — Etiam fideicommissariis conditione pendente. Huber. *Prael. ad Tit. Pand. de fid. instrum.* num. 20.

Despiciendi (1),] *Despicere* pro *inspicere* apud Senec. *Nat. Quaest.* I. 17.

(1)

(1) *Inspiciendi*, Hal. et fere omnes. Vid. Brencm. *h.* Quod etiam praefert Schulting. *Diss. de Transact. super controv., quae ex ult. volunt. proficiscuntur*, etc. §. 12. et Westenberg. *ad h. t. Pand*, §. 8.) Fortasse tamen non necesse. *Despiciendi* etiam habet Cod. Bynk. aliique Codd. MSS. Vid. Geb. *h.* In seqq. verbis pro *Praetor* Gajum scripsisse: *Proconsul*, putat Ant. Augustin. *Emend.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1447.

§. 1.

Ratio autem hujus Edicti etc.] De hoc §. alibi (1) plena manu egimus.

Neque enim sine judice transigi,] Quocunque tandem.

Neque apud judicem exquiri veritas etc.] Si tamen, eo omisso, pronunciatum sit, id valebit. *L.* 11. *pr. de exc. rei judic.*

(1) *Dissertatione modo laud.* add. citatos superius ad *L.* 6. *de transaction*, et Bilderdyk. *Obs.* II. 2.

§. 2.

Sed *alias suspectae fiunt.*] *Licet alias* etc. Al. (1) — Non infirmantur. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 67. *error.* 5.

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.*

L. II. (1).

(1) *Testamentum* in *pr. h. l.* dici *instrumentum publicum*, quia omnibus potestas datur illud inspiciendi, notat Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 20. — Pro *itemque imperfecta* etc. in seq. §. 1. Cujac. *Tract.* III. *ad African. in expl. L.* 6. *ad L. Corn. de fals.* legit, *itaque imperfecta* etc. Sed vid. Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 23. §. 1. *p.* 315. *seqq.* et Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

§. 2.

§. 2.

Et tam principales, quam secundae tabulae etc.] D. Goth. *in not.* „Legendum: *tam secundae, quam principales.* etc." Non opus: saepe enim ita inverso ordine loquuntur (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 7. §. 8. *de pactis*, et ad *L.* 16. *pr. de testam. tutel.*

§. 4.

Ut, si liquerit eum vivere, non permittat inspici tabulas:] Facit huc *L.* 41. *ad L. Aquil.* ubi Mornac. *L.* 1. §. 38. *deposit.* add. *LL. Wisigoth.* V. 5. 4. Fecit tamen id Augustus in testamento Antonii. Dion. Cass. *Lib.* LII. *p.* 420. *et* 431. Plutarch. *in Anton. p.* 942. Augustum tamen excusat Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 73.] (1).

(1) Sequitur: *et ut ipsam scripturam* etc. Pothier. *in not. ad h. l. Pand. Justin. h. t. num.* 3. putat, hic aliquid deësse, et legendum: *contra, si de morte constet, permittat, ut et ipsam scripturam* etc.

§. 6.

Diem autem et Consulem etc.] D. Goth. *in not.* „Hinc colligere possumus, moris fuisse apud Veteres, diem et Consulem testamentis adscribi. etc. An vero id necessitatis est? Nihil nocere testamento, si utrumque desit, etc." Add. *L.* 21. *L.* 29. *Cod. de testam.* Jac. Gothofred. *ad L.* 6. *Cod. Theod. eod.* [*Tom.* I. *p.* 387.] Sand. *Decis.* IV, 1, *Def.* 9. *Cons. Ultraj.* II. 65.

§. 8.

Dicendum est, ad interdictum remitti (1), etc.] Ubi caussa facti, dato judice, excutiebatur. Vid. Duaren.

ad

ad h. t. Cap. 4. et Jan. a Costa, *ad Inscr. tit. Inst. de interdict.*

(1) Flor. clare esse: *rem mitti*, notat Brencm. h.

L. IV.

Praetoris id officium est, ut cogat signatores etc.] D. Goth. *in not.* „Haec locum habent, cum testamentum scriptum est, *et omnes testes vivunt.*" Hoc posterius non opus.

Et sigilla sua recognoscere.] Add. *L.* 3. §. 9. *de tab. exhib.* Sueton. *in Tiber. Cap.* 23. Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. Cod. h. t.* Salmas. *de Subscr. testam. Cap.* 15. *p.* 147. (1).

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 1. *not.* 5.

L. VII.

Gajus Lib. VII. *ad Edictum Provinciale.*] An, *Lib.* XVII.

Uti agnoscat,] Inde *sine agnitione signa* apud Quinctil. *Inst. Orat.* XII. 8. [*p.* 1079. edit. Burm.] (1).

Et post descriptum et recognitum factum, ab hisdem (2), *quibus intervenientibus apertae sunt, obsignentur:*] Vid. Paul. *Sent.* IV. 6. §. 2. ibiq. Cujac.

(1) Sequitur: *quippe saepe cum magna captione a rebus nostris revocamur, et sit iniquum, damnosum cuique esse* etc. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 22. pro *cuique* legi mavult: *cuiquam*, putatque, JCtum per incogitantiam scripsisse *et sit* pro *et est*. Frequens est apud Nostros ejusmodi Modorum transitus. Vid. notata superius ad *L.* 37. *de hered. petit.* et ad *L.* 8. *pr. ad L. Aquil.* *Cum magna captione*, id est, cum magno damno. Vid. Brencm. *h.* Pro *revocamur* Hal habet: *avocamur*, quod mavult Brencm. *ibid.*

(2) Hal. *iisdem*. Vid. Geb. *h.*

L. X.

Ulpianus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 405. (1).

(1) Et Jac. Gothofred. *ad eand. Leg. Cap.* 30. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 236. — In seq. §. 2. pro *vel occultae sint*, Hoffman. *Meletem ad Pand. Diss.* XXV. §. 4. ope geminationis, legit: *vel occultatae sint.*

L. XI.

Gajus Lib. XI. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. et Heinecc. *locc. modo citt.* add. Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1188.]

L. XII.

Ulpianus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. et Heinecc. *locc. modo citt.*

TITULUS IV.

SI QUIS OMISSA CAUSSA TESTAMENTI, AB INTESTATO, VEL ALIO MODO POSSIDEAT HEREDITATEM.

Ad alia producit Stockmans. *Decis.* 43. *num.* 30. (1).

(1) *Omittere caussam testamenti* esse omittere testamentum, seu hereditatem ex testamento, monet Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* in fin.

L. I.

Praetor voluntates defunctorum tuetur, etc.] Non sunt verba Edicti, sed Ulpiani mentem ejus referentis.

§. 3.

§. 3.

Sed compellendus est servus hoc facere, etc.] Ipse dominus adire nequit. add. *L.* 3. *Cod. de hered. instit.* P. Fab. *Semestr.* II. 22. in fin.

§. 4.

Non debet incidere in Edictum, nisi si fingit ignorantiam.] Vid. Foquel. *ad Tit. Inst. de vulg. subst. p.* 45. *seqq.* et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 6. *num.* 17.

§. 5.

Si proponatur idem *et institutus, et substitutus, etc.*] Extraneus (1).

(1) Sequitur: *et non puto incidere.* Graecos haec aliter referre, notat Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 205.

§. 7.

Qui sunt in potestate, etc.] Vid. ad hunc §. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 32. *error.* 5.

Statim heredes sunt ex testamento:] Vid. *L.* 30. §. 10. *de fideicommiss. libert.* Etsi se non immisceant: In quo videtur labi Bachov. *de Actionib. Disp.* 2. *Thes.* 17. et alii, ut Ant. Faber, notatus a Cujac. *ad Lib. Papinian. Quaest. in expl. L.* 12. *de vulg. et pup. subst.* add. Vinn. *sel. Quaest.* II, 23.

§. 8.

Quia ejusmodi conditio pro pura debet haberi.] Vid. *L.* 4. *de hered. instit. Conditio pro institutio.*

§. 9.

Quocunque enim modo hereditatem lucrifacturus quis sit,

sit, legata praestabit.] Mallem hic legi sequentia: *sane interveniente cautione, evicta hereditate legata reddi*, et §. 10. incipere a verbis: *Etsi non possideat* etc. Sic omnia clara: alioquin connexio nulla. Et sic edit. Rob. Steph. (1).

(1) Pari modo Rucker. *Obs. Cap.* 2. §. 1. et Pothier. *in not. ad h. l. Pand. Justin. h. t. num.* 16.

§. 10.

Quod *minus possideat*,] Lege: *quo*, et sic Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal.

§. 12.

Labeo sibi videri ait, non minus *delinquere eum*, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo minus. *L.* 68. §. 1. *pro socio*, *L.* 1. §. 6. *si quid in fraud. patron. L.* 6. *quae in fraud. cred.*" De aliis agunt.

L. II.

Idem Lib. VII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 8. *de mort. causs. don. L.* 24. *de adq. vel om. hered.*

Licet pro herede gerere non videatur, qui pretio accepto etc.] Nec ergo ab eo, qui hereditatem retinet, inventarium petere potest. Mev. *Decision. Part.* II. *Dec.* 292.

§. 1.

Mihi videtur humanior esse haec sententia, etc.] Vid. tamen *L.* 4. §. 1. *h. t.*

Maxime si lucrativam habet possessionem.] D. Goth. *in not.* „Imo, qui pro donato habet, a Legatariis non convenitur. *L. ult. h. t.*" Illic ipse heres possidet, missa plane hereditate.

L. IV.

L. IV.

§. 1.

Ubi vero gratis etc. possessorem debere conveniri utili actione.] D. Goth. *in not.* „Imo possessor non conveniendus est, sed is, qui omisit. *L.* 1. *in fin. h. t.*" Illic aliquid ponitur accepisse. Junge *pr. h. l.*

§. 3.

Si quis vendiderit hereditatem, etc.] Add. *L.* 39. *de usufr.*

L. V.

Excusatus videtur patronus, etc.] Facit huc *L.* 8. §. 9. *de inoffic. testam.*

L. VI.

Mox, dimissis *legatis*, etc.] Id est, *solutis.*

§. 3.

Aut si qua alia justa caussa omittendi intervenerit,] Vid. *L.* 8. §. 9. *de inoffic. testam.* ibiq. Cujac.

§. 4.

Si vero nulla suspicio etc.] *Si modo* etc. Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 7.

Et quadriennium praeterierit,] A tempore, quo bona vacarunt. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de quadr. praescript.* ubi Glossam refutat.

§. 8.

Dato sibi coherede, ex alia parte omiserit institutionem,]

nem,] Lege: *dato sibi coherede ex alia parte, omiserit* etc. (1).

(1) Sic etiam Rucker. *Obs. Cap.* 2. §. 2. ubi notat, Haloandrum quoque ita recte edidisse.

L. VII.

Non probe Legatorum actionem Titius postulabit.] Facit huc *L.* 10. *pr. h. t.*

L. VIII.

Et magis est, ne subveniatur:] Aliud in casu *L.* 3. §. *ult. de condict. causs. dat. causs. non sec.* Sed illic testamentum stat, hic non stat: cum ex defuncti voluntate illic debetur, qua hic non sustinetur. Vid. Chess. *Different. Jur. Cap.* 74. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 841. *seq.*]

Neque enim legatarius est.] Nihil ei dedit testator. Facit huc *L.* 3. *de red. dub.* add. de hac Lege Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *error.* 2.

L. X.

§. 1.

Cui liberum fuit adeunti hereditatem, non fideicommissum petere, sed universa bona obtinere.] Vid. Sand. *Decis.* IV. 4. *Def.* 7. (1).

(1) Add. Voet. *ad Tit. Pand. de adq. vel om. hered.* §. 38. Pro *imprudenter*, in praecedentibus verbis, Hal. habere: *impudenter*, notat Brencm. *h. l.* qui id praefert. — Ad seq. *L.* 20. vid. Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 205. — Sequentem *L.* 21. jure Codicis non esse in usu; cum has hereditates filius non adquirat patri, notat Pothier. *ad h. l.*

L. XXII.

L. XXII.

§. 1.

Libertatem Praetor Stichi tueri non debet,] Quam hic ipse a semet deberet accipere. *L.* 58. *de adq. vel om. hered.* Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.*

§. 2.

Quia nihil prohibet, Maevium justam caussam habuisse, etc.] Nec hic substitutus hereditatem possidet, ut *L.* 7. *et L.* 10. *h. t.* (1).

(1) Add. Cujac. *loc. modo cit.*

L. XXIII.

Ut intestati patris possessionem acceperint, etc.] Secus, si bonorum possessionem contra tabulas petierint: tunc enim quaedam tantum praestabunt (1).

(1) Add. Cujac. *Obs.* III. 20.

L. XXIV.

Sed eatenus, quatenus hereditas ei adquisita est.] Contra regulam *L.* 1. §. 9. *L.* 13. *h. t.*

§. 1.

Quamvis Praetor perinde in eum det actionem, etc.] Ergo est hoc in pupillo speciale. Cujac. *ad Paul. Lib.* 9. *ad Edict. in expl. h. l.*

L. XXV.

Cui servus ipsius substitutus est, servum suum adire jussit, etc.] Facit huc *L. seq.* ad quam vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion.*

Et qua, omissa caussa testamenti, possidet ex substitutione hereditatem,] Tempore enim Celsi nondum in usu erat, quod introduxere Severus et Antoninus *L.* 74. *de Legat.* 1°.

L. XXVI.

Legata, quae ab ipso data sunt, ex sententia edicti *praestaturum* (1),] Nondum enim in usu erat *L.* 74. *de Legat.* 1°.

Eorum prius rationem habendam, quae a filia relicta sunt:] Tanquam ipso jure debita: quod et post fuit in relictis ab instituto. *L.* 22. §. 2. *ad L. Falcid.* Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* (2).

Qui honore *proprio omisso*, etc.] Institutio heredis est *honor*. Cicer. *pro Quintio, Cap.* 4. Gronov. *ad Senec. de Tranquill. anim. Cap.* 11. Late D. Gothofred. *ad L.* 3. §. 2. *de Legat. praest. bon. poss. contra tabb. petit.* ex Brissonio. *Honorata judicia*, Quinctil. *Declam.* 388. [*p.* 785. ed. Burm.] add. Salvian. *Adv. Avaritiam, Lib.* IV. *p.* 264. *seq.* [ed. Brem. a. 1688.]

(1) Sic etiam alibi scriptum. Vid. notata superius ad *L.* 2. *de feriis, not.* 3.

(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l. Pand. Justin. h. t. num.* 8.

§. 1.

Quia nemo filiae patrem contra votum parentium (1) *substituere videtur*, etc.] Vid. Cujac. *loc. modo cit.*

(1) Vid. de hoc voto notata superius ad *L.* 15. *pr. de inoffic. testam.*

L. XXVII.

Et si filio heres *data sit*,] *Coheres*, ed. Rob. Steph. (1) et sic explicandum (2).

(1)

(1) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Pothier. *in not. ad h. l.*

§. 1.

Qui filium suum substitutum impuberi testamento fratris, etc.] Sub conditione emancipationis (1).

Sed ab intestato per eum bona possidere coepit.] Ipse scil. non est scriptus, sed nec conditionem emancipationis implevit, nec ipse adiit, sed filius bonorum possessionem *unde cognati* accepit, et patri adquisivit: nec pater adquirere potuit hereditatem ex testamento per filium, non impleta conditione. Cujac. *ad Libb. Papinian. Respons. in expl. h. l.*

(1) Add. Pothier. *in not. ad h. l.* ubi speciem hujus Legis proposuit.

§. 2.

Actio Legatorum ex sententia *Praetoris dabitur.*] Non ex verbis, quae spectant scriptum heredem. Cujac. *loc. modo cit.*

L. XXVIII.

Si servum heredem institutum etc.] *Substitutum*, Al. (1).

(1) Ita Hal. Vid. Geb. *h.*

L. XXX.

Vel pro donato,] D. Goth. *in not.* „Imo, convenitur. *L.* 2. *in fin. h. t.*" Non obstat. Vid. *ibid.* (1).

(1) *Non convenitur* dici pro *non conveniri potest*, observat Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 373. add. de hac Lege Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 681. *seqq.*

TITULUS V.

DE SCTO SILANIANO, ET CLAUDIANO, QUORUM TESTAMENTA NE APERIANTUR.

Silaniano,] Vid. Tacit. *Annal.* XIV. 42. ibiq. Lipf. D. Goth. *in not.* „Hoc SCtum factum est Augusti temporibus, etc." A. V. 762. (1).

Claudiano,] Caput hujus (2) habet Tacit. *Annal.* XIII. 32.

(1) A. V. 763. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 5. §. 1. *not.* 1. et fic etiam Bach. *Hift. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 2. Quaedam de hoc SCto notavit quoque Amaya, *Obf.* III. 8. *Silanianum* fcribendum, non *Syllanianum*. Schulting. *d. loc.*

(2) Imo *Neroniani*. Sed SCtum *Claudianum* etiam *Neronianum*, et *Pifonianum* dici, multi putant, etiam Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 3. et Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 1. Disfentit tamen Bach. *loc. modo laud.* §. 25. et 28. Late de infcriptione hujus tituli egit Panciról. *Thef. Var. Lect.* II. 63. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1175. *feqq.*

L. I.

Cum aliter nulla domus tuta esse posfit, nifi etc.] Facit huc Senec. *Epist.* 4. Idem, *Nat. Quaest.* I. 16. refert, id ab Augusto non vindicatum in fervis Hostii cujusdam.

§. 2.

Domini appellatione non continebitur:] In hac odiosa materia. Nugae funt, quae habet hic D. Goth. *in not.*

§. 3.

§. 3.

Servus pignori datus, etc.] Aliud videtur fuisse in *fiduciae* dato olim (1).

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 13. *not.* 1.

§. 4.

Nam medio tempore heredis sunt,] Facit huc *L.* 41. *de cond. et dem.*

Idemque erit dicendum (1) *in statulibero.*] Vid. *L.* 9. *pr. de statuliber.*

(1) Flor. τῷ *dicendum* ab ordinaria manu adscriptum esse *et*, atque ita Hal. et omnes habere, notat Geb. *h.* — Ad seq. §. 5. vid. Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposition.* II. 5. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 372.

§. 12.

Quod etiam post mortem patris *probat*, etc.] Quando haec demum quaestio est habenda.

§. 13.

Herede instituto filio,] Emancipato, et solo.

§. 15.

Ita vindicandum (1), *atque in propriis servis, Senatus censuit.*] SCto Neroniano. Paul. *in Sent.* III. 5. §. 5.

(1) Hal. et Al. *judicandum*. Sed Florentinam confirmari auctoritate Graecorum, observat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 4.

§. 16.

Marcellus autem Lib. XII. *Dig. etiam in soceri servis idem, quod in mariti, recte* (1) *dixit.*] Quo pacto, contra SCtum?

(1) Non ex verbis, sed ex sententia SCti, ait Pothier. *in not. ad h. l.* quod tamen vix patiuntur verba praecedentia.

§. 18.

Quia *auxilium domino* etc.] *Qui*, Fotner. *Rer. Quotid.* II. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 163.] sine caussa (1).

(1) *Qui*, etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 21.

Vel factores *sceleris fuerunt*,] Sic et *L.* 6. §. 8. *de re militar.* (1).

(1) Add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* *p.* 384. *not.* 15. et Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *factor.*

§. 24.

Nisi constet aliquem esse occisum,] Hoc vocant constare de corpore delicti. Late Carpzov. *Decis.* 297. (1).

(1) Add. Schulting. *Diss. ad L.* 1. §. *ult. de quaestionum.* 9.

§. 25.

Et defensionem *mortis.*] Sic et *L.* 5. *in fin. h. t.* (1). Al. *detectionem* (2).

(1) Ad quam vid. notata. add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 289.

(2) Ita Codices inemendatos habere, notat Maran. *d. loc.* Habent etiam Russard. et Charond. in margine, quamvis nihil hac de re moneatur in Corp. Jur. Geb. et Spang. — In seq. §. 27. pro *Sextus* Graecos habere: Σέρβιος, monet Leunclav. *Notator.* II. 64. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1519. Sed vid. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. jur. p.* 18. et *Tom.* III. *p.* 57. *in fin.* et Hoffman. Melet. ad Pand. *Diss.*

Diss. XXV. §. 1. add. de hoc loco Zepernick. *Diatr. de Judic. Centumv.* adj. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 419.

§. 28.

Juxta hoc tamen videtur et Divus Hadrianus rescripsisse etc.] De quo et aliud hac in re constitutum, docet Spartian. *in Hadrian. Cap.* 18 (1).

Vel hoc (2), *ne ceteri servi* etc.] Pro *vel ideo*.

(1) Sequitur: *auxilium rei ferre, si non corpore suo, at certe voce plorantem, ut* etc. Pro *rei*. Vulg. *ei*. Vid. Brencm. *h.* cui Florentina durior videtur. Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 17. *p.* 105. pro *rei* forte legendum: *herae*, putat, et locum hunc ita interpungendum: *auxilium ferre, si non corpore suo, at certe voce, plorantem ut* etc. probante Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 12. §. 7. *p.* 243. sed aliam de voce *rei* conjecturam proponit.

(2) Hal. *haec*. Vulg *in hoc*. Vid. Brencm. *h.* qui mallet: *ob hoc*. — In seq. *L.* 2. pro *profugerat villam suam*, legendum: *in* vel *ad villam suam*, et isto modo habere Vulg. et MSS., notat Brencm. *h.* et Geb. *ibid.* observat, τὸ *ad* repeti posse ex *profugerat*. Vid. tamen Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 356. *not.* 24. et Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 4. qui praeterea in verbis: *nec pietas pro servis*, τὰ *pro servis* in multis editt. deesse ait, et deesse debere. Expungere haec etiam P. Fab. *Semestr.* III. 15. *p.* 216. *seqq.* notat Bynkersh. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. III.

Ulpianus Lib. L. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *h. t.*

Si quis in gravi valetudine adfectus, etc.] Scip. Gentil. *Parerg.* I. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1287.] *ingravi*, vel *gravi invaletudine* (1).

(1) *Ingravi*, etiam Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* II. 41.

in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 783. add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 350. *not.* 4. qui tamen dubitat, an *ingravis* Veteres dixerint. Vid. et Idem, *in Addend. p.* 488. Aut *in*, aut *adfectus*, abundare, notat Brencm. *h.* quem vid. de varia hujus loci lectione.

§. 1.

Non esse credendum domino, etc.] Vid. Covarruv. *Var. Resol.* II. 13. *num.* 7. *seq.* (1).

(1) De locutione *erumpere vincula* in seq. §. 6. vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 357. *not.* 25. Post *ut* Indicativum hic sequi, notat Schroder. *Obs.* I. 7. *p.* 56. add. notata superius ad *L.* 16. *de adm. et peric. tutor.*

§. 7.

Ignoscitur etiam his, qui aetate defecti sunt.] D. Goth. *in not.* „Senes et decrepitos a quaestione et tormentis immunes esse, hinc colligunt. etc." add. Carpzov. *Pract. Criminal. Part.* III. *Quaest.* 118. *num.* 35. *seqq.* (1).

(1) De locutione *aetate defecti* vid. Nic. Rigalt. *ad Phaedr. Lib.* V. *Fab.* 6. — De voce *imbecillos*, in seq. §. 8., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 357. *not.* 26.

§. 9.

Coecus quoque veniam mereri debet.] De hoc Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* II. *Cap.* 5. *num.* 10. *seq.*

§. 10.

Mutum simili modo excipimus, etc.] Vid. Matth. *de Criminib.* in *Prolegom. Cap.* 2. *num.* 12. (1).

(1) In seq. §. 12. pro *si quis quem eorum* etc. legendum: *si quisquam* etc. observat Roever. *Diss. ad*

Loc. quaed. Jur. Civ. deprav. Cap. 5. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 156. *Quisquam*, etiam Russard. et Charond. in margine; sed apud Hal. *quem* abest. Vid. Geb. *h.*

§. 14.

Utrum autem is solus videatur indicasse, etc.] Sic et *L.* 197. *de verb. signif.* (1).

An etiam is, qui, cum recusaretur, *ipse detorsit* etc.] Lege: *accusaretur* (2).

(1) Add. Cujac. *Obs.* XVIII. 22. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 122. Hal. et Vulg. *vindicasse.* Brencm. *h.* quem vide de varia hujus vocis lectione.

(2) Videtur vitium typographicum. Sed Brencm. locum hunc cum Steph. et Baudoz. ita interpungi mavult: *qui cum accusaretur ipse, detorsit* etc. — Ad seq. §. 16. vid. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* in fin.

§. 19.

Qui naturaliter *aperit*,] Non more solenni.

Sive non sint ligatae,] Facit huc *L.* 22. *in fin. qui test. fac. poss.* (1).

(1) In seq. §. 20. verba: *vel publice*, expungenda esse, et abesse apud Hal., H. a Porta, Baudoz., notat Brencm. *h.*

§. 21.

Si quis ignorans occisum, etc.] Vid. Cyriac. *Contrlandv.* 289. *num.* 23.

§. 25.

Nam et codicilli ad caussam testamenti pertinent.] Vid. *L.* 2. §. 2. et *L. pen. testam. quemadm. aper.*

§. 30.

§. 30.

Idcirco eum non adire, etc.] An, *enim*? (1).

(1) In seq. *L.* 4. sub verbis: *ex Constitutione*, intelligi Orationem D. Marci ad SCtum Silanianum factam, putat Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 289. *Ex substitutione* legit Cujac. *Obs.* IV. 13. probante Pothier. *ad h. l.* in *Pand. Justin. h. t. num.* 41.

L. V.

§. 3.

Sed heredi defensio *mortis incumbit.*] Id est, vindicta. Sic *L.* 3. §. 25. *h. t.* (1). Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *defendere*, [*num. ult.*]

(1) Ad quam vid. notata. Sequitur in *L.* 6. *pr. tamen habenda quaestio est*, scil. de familia, ut notat D. Goth., quem exscripsisse Cujac. *Obs.* XXIV. 32. monet Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. VII.

Et (*in*) (1) *libertos extraordinarium auxilium habebit.*] Animadvertendi.

(1) Supplementum hoc agnoscere omnes scriptos et editos, notat Brencm. *h.*

L. X.

Si vero irritum testamentum factum sit,] Instituto deficiente.

L. XII.

Dicendum est, non impediri libertatem.] Facit huc *L.* 3. §. 15. *h. t.*

L. XIII.

L. XIII.

Tauro et Lepido Consulibus:] A. V. 763. (1).

Semper accusare permittitur eodem SCto.] Add. *L.* 22. *h. t.* (2).

(1) A. V. 764. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 2.
(2) Et Pothier. *in not. ad h. l.*

L. XIV.

Trebius — Germanus] Nomen hoc occurrit in Inscriptione apud Gruter. *p.* 46. *n.* 9. Forte fuit hic Praeses: et sic Matth. *de Criminib. Lib.* XLVIII. *Tit.* 13. *Cap.* 5. *num.* 2.

Qui vero ministri, vel participes caedis fuisfent, etc.] Vid. Matth. *d. loc. in Prolegom. Cap.* 2. *num.* 3.

L. XV.

An priore *hereditas* etc.] Mallem: *an a priore* etc. (1).

Et ait Papinianus, non esse hoc:] Aliud, si institutus, qui de inofficioso egit, repulsam tulit. Paul. *in Sent.* IV. 5. §. *ult.* (2), add. Duaren. *ad Tit. Pand. de vulg. et pup. substit. Cap.* 10.

(1) Sic etiam Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 31. et in contextum recepit Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 49. Hal. *prior.* Vid. Geb. *h.*

(2) Ubi vid. Schulting. Egit de hac Lege etiam Amaya, *Obs. Jur.* III. 8. — Verba seq. §. 1. *ex parte heredi instituto*, in Basilic perperam reddi, notat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 1. in fin. — In seq. *L.* 18. pro *et inofficioso*, ut Flor. scriptum est, Joach. Joh. Schwartz. *Spec. Obs. ad var. JCtor. Fragm. Cap.* 1. per duplicationem retrogradam legit: *et de inofficioso.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 4. in fin. etiam ope geminationis: *et in inofficioso.* Hal. *de* inserit. Vulg. *ex inofficioso.* Vid. Brencm. *h.*

L. XXI.

L. XXI.

Propter veneni quaestionem etc.] Vid. *L. praec.*

Cum eo quoque suspenso crimine etc.] Forte legendum: *cum ea*, quamvis et Vulg. posfit ferri (1).

(1) Sequitur: *servorum videlicet caussa* etc. ad quae verba vid. Trotz. *Memor. Propag.* I. 7. §. 2. *p.* 480. *seq.*

§. 1.

Integrato jure debiti,] Quod alioquin revera intercidit.

L. XXII.

Paulus respondit, caussam, etc. *morte ingratae heredis extinctam non videri.*] Facit huc *L.* 13. *h. t.* (1).

(1) Praecedit: *et mortem ejus* exequi *neglexit.* Voce *exequi* in hunc fenfum etiam uti Senecam, notat Bynkersh. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XXV.

§. 2.

Cujus poena in centum aureos etc.] D. Goth. *in not.* „*in centum millia sestertiorum*, Paul. *in Sent.* III. 5. §. 10." Ita pasfim Tribonianus. Vid. Cujac. *Obs.* XIX. 31. (1).

Partem in publicum redacturum.] D. Goth. *in not.* „Popularibus in actionibus pars pecuniae actori, dimidia fisco applicatur, in cafibus expresfis a jure: alias regulariter totum actori debetur. etc." Cum nihil aliud cautum est. Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* I. *Disp.* 4. *Thes.* 9. *Lit. f. p.* 159. *seq.* Plerumque talia judicantis arbitrio permisfa, putat Salmaf. *de Modo usur. Cap.* 3. *p.* 124. quod mihi dubium.

(1)

(1) Add. notata superius ad *L. 7. pr. de jurisdict. not. 2.* in fin.

TITULUS VI.

SI QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT, VEL COËGERIT (1).

Vid. Cujac. *ad Nov.* 18. *p.* 564. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 5. *Def.* 9. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 3. testamentum vult valere, etsi in ipso actu testandi coactio sit adhibita. Quid, si facta sit in commodum tertii? Fab. *d. loc. error.* 6. sed examinandus (2).

(1) De posteriore hac parte inscriptionis nihil nominatim reperitur in Legibus sub hoc titulo collocatis. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* add. notata superius ad inscriptionem Tit. *de feriis* etc. *not.* 3.

(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13.

L. I.

Fisco locum fore.] Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 4. huic locum facit nimis indistincte ob extortum, vel prohibitum testamentum.

§. I.

Consequens est dicere, admitti eum ad Legatum, etc.] Nisi testator omnia mutare voluerit. *L.* 19. *de his quae ut indign.* Faber, *d. Dec.* 38. *error.* 5. *num.* 6. et *error.* 7. *num.* 14. ubi praesumi vult animum mutandi omnia in dubio.

L. II.

§. 1.

Fratris autem factum fratri non nocet.] Late Faber, *d. Dec.* 38. *error.* 7. (1).

(1) Speciem hujus §. ex Cujacio proponit Pothier. *Pand. Justin. h. t. num.* 4. *in not.*

§. 2.

Qui dolum admisit,] Ut testamentum fieret, secundum Fab. *d. Dec.* 38. *error.* 5. *num.* 8. de quo dubito, et nota *L.* 1. §. 1. *in fin. h. t.*

Dodrantis autem fideicommissarius.] Ergo id tantum improbatur, quod ita vitiose est factum. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 5. *Def.* 17.

L. III.

In crimen non incidisse respondi, etc.] Add. Ciceron. *de Offic.* III. 18. (1). Peck. *de Testam. conjug.* I. 12. Sand. *Decis.* IV. 1. *Def.* 11. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 3. *Def.* 7. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 6. *num.* 14. Mev. *ad Jus Lubec.* II. 1. *Art.* 4. *num.* 28. *seqq.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 11. Reinold. *Varior. Cap.* 8. Dolus vero quo pacto probatur, aut praesumitur, Carpzov. *d. loc. Part.* III. *Const.* 5. *Def.* 8. *seqq.* (2). Hunc vero non facere testamentum nullum, sed locum Fisco, vult Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 8.

(1) Quem locum laudat quoque Otto, *in Papinian. Cap.* 15. §. 1. *p.* 542.
(2) Alios etiam citat Voet. *ad h. t. Pand. num. ult.*

TI-

TITULUS VII.

DE JURE CODICILLORUM (1).

(1) *Codicillos* appellatos esse ab auctore, qui hoc scripturae genus instituit, ait Isidor. *Origin.* V. 24. Sed vid. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 291.

L. I.

Videri nec codicillos fecisse.] Vid. *L.* 41. §. 3. *de vulg. et pup. subst.* add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Const.* 3. *Def.* 3. (1).

(1) Et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 7.

L. II.

§. 2.

Non *recte libertas directa datur.*] Negationem delet Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 15. *h. t.* (1) recte ut videtur (2).

Attamen ad fideicommissarias eundum est.] Hae dandae tunc sunt; sed non dicit, eas datas intelligi. Cujac. *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. h. l.*

(1) Quem etiam vid. *ibid.* de juris regula: *quaecunque in codicillis scribuntur, perinde haberi, ac si in testamento scripta essent.* add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 16. et Voet. *ad h. t. Pand. num.* 4.

(2) Negationem expungit quoque Ant. Fab. *Conject.* XV. 16. et Pothier. *in not. ad h. l.* Sed eam contra Cujacium defendere P. Fab. *Semestr.* II. 19. p. 297. notat Bynk. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. — De locutione *per omnia et in omnibus*, in seq. §. 3., vid. Noodt. *Obs.* I. 3.

L. III.

Perinde haberi debet, ac si omnes heredes ejus essent, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII, 2.

§. 2.

Etiam si codicilli in eo confirmati non essent,] De codicillis confirmatis, vel non, Mercer. *Opinion.* II. 12. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1599.] non bene (1).

(1) Add. de his Cujac. *Obs.* XVIII. 7.

L. IV.

Eum, qui codicillorum tempore solvendo sit, etc.] Ratio in *L.* 7. *qui et a quib. manumiss.* add. Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 15. *h. t.*

L. V.

Aut voluntas eorum quocunque indicio retineatur.] Sunt Triboniani. Cujac. *ad Libb. Papinian. Resp. in expl. h. l.* et in *not. poster. ad* §. 1. *Inst. h. t.* Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14. (1). Dissentit Bynkersh. *Obs.* VIII. 13. (2). *Indicio.* Sic Flor., Al. *judicio*, ut Rob. Steph., quod non damnarem, ut facit Bynkersh. *Obs. d. loc.* et l. 6.

(1) Et *in Emblem. Tribonian. Cap.* 5. *p.* 85. Etiam Pothier. *in not. ad h. l.*

(2) Et Wybo, *in Tribon. defens. p.* 323. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 3. *p.* 684.

L. VI.

Quia neque conditionem etc.] D. Goth. *in not.* „Imo qui conditionem codicillis adjicere potest. *L. pen. in fin. de condit. instit.*" Male opponitur.

§. 2.

§. 2.

Nam ea, quae postea geruntur, prioribus derogant.] Vid. *L. ult. pr. de Legat.* 2°. *L.* 12. §. 3. *de Legat.* 1°. Late Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 37. *error.* 9. et *Error.* 10. *num.* 9. *seq.* Chef. *Differ. Jur. Cap.* 31. *num.* 9. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 712.] (1).

(1) Add. Voet. *ad Tit. Pand. de inj. rupt. test.* §. 10. et Bynkersh. *Quaest. Jur. priv.* III. 6.

§. 4.

Pro non scripto legatum sit (1).] Facit huc *L. seq.* §. 1. et Fisco in dubiis non favendum. add. Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 15. *h. t.*

(1) *Fit* legit Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 374.

L. VII.

Nam non valent.] Vid. tamen *L.* 12. §. 5. *de captiv. et postlim. rev.*

§. 1.

Quae non juris, sed facti sunt,] Vid. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 38. et *Obs.* II. 39. et potius Os. Aurel. *Dispunct.* 39. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 785.] qui docet, non hic adferri differentiam inter res juris et facti, sed proponi exceptiones a *L.* 2. §. 2. *h. t.* et quidem in *pr.* in caussa *juris*, hic in caussa *facti*.

Atque si, ubi confirmatio, scriptum fuisset.] *Ubi confirmat eos*, legit Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 25. *num.* 2. (1).

Vel si tot annis est,] Al. *annorum* (2).

(1) Sed vid Marckart. *Probab. Recept. Lection. Part.* I. *p.* 124. *seq.* Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 29. *p.* 121.

(2) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. VIII.

§. 1.

Quoniam creditur *paterfamilias* etc.] Vid. *L.* 3. *pr. h. t.* Quod non caruit ſcrupulo. Vid. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 2.

§. 3.

Si post factum testamentum codicillos *quis confirmaverit*,] Faciendos.

Deinde adrogandum ſe praebuerit, et ibi codicillos fecerit, etc.] Facit huc *L.* 12. §. 5. *de captiv. et postlim. rev.*

§. 4.

Si miles testamentum quidem ante militiam, etc.] Contrarius caſus *L.* 17. §. 4. *de testam. milit.*

Niſi ſi (1) *militiae tempore* ſignavit,] *Reſignavit*, Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 15. *h. t.* (2).

(1) *Si* apud Hal. abest.
(2) Hal. *reſignaverit.* Vid. Geb. *h.*

§. 5.

Si ei ſervo, qui testamento etc.] Vid. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 39.

§. 6.

Non utique ſtatim, quae codicillis dantur, conſiſtere videbuntur.] Hoc ſpectat legata, et tutelas, quae expreſſam confirmationem exigunt. Cheſ. *Different. Jur. Cap.* 31. *num.* 13. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 713. *ſeq.*] ubi tamen et aliam ſolutionem dat ex Fabro, qui *de Errorib. Pragm. Dec.* 37. *error. ult. num.* 6. notat, testatorem, qui post codicillos novisſimos confirmatos, plures facit codicillos, nihil facere, propter quod videri

de-

debet a priore voluntate recedere. Secus in casu *L. ult. pr. de Legat.* 2°.

Legata in prioribus data non valebunt.] Secus in datis per fideicommissum. Ches. *d. Cap.* 31. *in fin.* (1).

(1) Ex seq. *L.* 9. Bertrand. *de Jurispr.* I. 22. §. 20. effinxisse, Ulpianum notas ad Aristonem scripsisse, secutum forte Labittum, *in Ind. Leg. p.* 318. edit. Wieling. observat M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell.* II. 4. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Juridic. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 97. Eundem errorem commisit quoque Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 27.

L. X.

Codicillis hereditatem dari non posse,] Quod etiam non fit *L.* 10. *de condit. instit.* et similibus Legibus. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 74. *error.* 10. (1).

(1) Sequitur: *rationem illam habet, ne per codicillos,* etc. Forner. *Rer. Quotid.* III. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 219. et Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Cod.* hanc rationem suspectam habent. Sed vid. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 3. §. 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 356. *seq.* add. Otton. *in Papinian. p.* 300.

L. XI.

Qui gravi utero uxorem esse ignorabat, etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* et Merend. *Controv. Jur.* VIII. 2. *num.* 9. *seqq.*

Placuit, *libertates a solo filio praestari posse.*] Contra rigorem juris. *L. pen. h. t.* Obstat *L.* 31. §. 1. *de fideic. libertat.* quod rescriptum Papiniano ignotum fuisse, vult Merend. *loc. modo cit. num.* 12. — Junge *L.* 13. *h. t.*

L. XII.

Redemtis a sorore partibus.] Quale quid sit in servitute, vid. *L.* 76. *pr. de Legat.* 2°.

L. XIV.

Quidam referunt, quantum repeto (1), *apud Vivianum* etc.] Vid. de hac Lege Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L. seq.* (2).

(1) Id est, recordor. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 5. §. 5. *p.* 38.
(2) Et Altamiran. *Tract.* VIII. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 477. *seqq.* Vid. et Mascov. *de Sect. Sabin. et Proculian. Cap.* 9. §. 20. et Pothier. *in not. ad h. l.* ubi et speciem Legis proposuit.

§. 1.

Multoque magis solum *coheredem totum debere puto*,] Ex rigore Juris, quem Scaevola sequitur: non, ex aequitate. Vid. Cujac. *loc. modo cit.*

L. XVI.

Ab intestato factis codicillis relicta etc.] Olim scriptum fuisse: *fideicommissa*, putat. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 44. *error.* 5. *num.* 2. et sic factum etiam esse alibi.

Nam unus casus est,] Vid. Fab. *d. loc. Dec.* 20. *error.* 7. *num.* 7.

L. XIX.

Igitur si *nihil tum de postumis speravit*, et *codicilli* etc.] Forte *etsi.* Τὸ *et* videtur delendum. Haec esse notam Ulpiani, putat Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 9. *num.* 17. *seqq.* Sic Marcellus sibi non contradicit: itaque et ego eo inclino.

Et

Et *quae relicta sunt* etc.] *Sed quae*, Best. *d. loc.*

Sed et si codicillos reliquisset etc.] Haec iterum Marcelli esse, vult Best. *d. loc.*

Simili modo dici potest, omnia perinde debere filium etc.] In his valde laborat P. Fab. *Semestr.* II. 15. et III. 24.

Imo duntaxat partem debet: etc.] D. Goth. *in not.* „ *Ulpianus notat.* *Imo* etc. Hal." Probante Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 15. *h. t.* add. Charond. in margine, et Best. *d. loc.* (1) qui tamen non debuerat illud tanquam plane novum proponere. Sed Merill. *Var. ex Cujac.* III. 14. censet, hic demum Marcellum ad propositum respondere. Sed aliud ostendunt praecedentia: nempe illic Marcellum sententiam suam proposuisse, quae juri est conformis, sequentia aequitati. add. *L.* 77. §. 29. *de Legat.* 2do. ubi vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Responsor.* et *ad L.* 7. §. 2. *de pactis* (2). *Duntaxat partem.* Aliud *L.* 40. *pr. de Legat.* 3°. ubi vide. D. Goth. *in not.* „ Imo totum etc." ex rigore juris, non ex aequitate.

Eorum tamen, quae pro parte praestari non possunt, nihil eorum (3) *praestandum:*] Excipe libertates. *L.* 11. *h. t.*

(1) Etiam Otto, *in Papinian. Cap.* 13. §. 6. *p.* 452.

(2) Aliter Legem hanc explicat van de Water, *Obs.* III. 14. Sed vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell.* II. 4. §. 3. *seqq.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 98. *seqq.* Aliter rursus Mollerus, *Select. quaed. Cap.* 5. §. 1. *seqq.* in eod. Thes. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 138. *seqq.* add. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 2. §. 52. *p.* 49.

(3) Hal. *omnino*, loco *eorum.* Vid. Geb. *h.*

L. XX.

Paulus Lib. V. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 380.

Si palam heres nuncupatus sit, etc.] Et factum testamentum nuncupativum, nec id actum, ut fcriberetur. Ita non obftat *L.* 7. *Cod. de testam.* in qua laborat Scip. Gentil. *de Errorib. testam. Cap.* 4. [*Oper. Tom.* I. *p.* 19. *seq.*]

LIBER TRIGESIMUS.

[LIBER PRIMUS].

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

D. Goth. *in not.* „Ad hunc Titulum scripserunt Zasius, Alciatus, etc." Etiam Cujacius, *in Oper. postum.* [*Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 1015. *seqq.*] (1).

(1) Ubi exstant *Recitationes* ejus *ad Lib.* XXX. et XXXI. *Pand. Recitationes* autem ejus *ad Lib.* XXXII. *Pand.* exstant *in Append. Oper. Cujac. p.* 792. *seqq. Praelectiones* Francisci Ramos del Manzano *ad Titulos Dig. de Legat.* 1°. 2do. et 3^tio^. exstant in Thes. Meerman. *Tom.* VII. *p.* 270. *seqq.* De antiquis Legatorum generibus, eorumque differentiis, vid. Gaj. *Instit. Veron. Lib.* II. §. 192. *seqq.* et Ulpian. *Fragm. Tit.* 24. ibiq. Interpp. add. Merill. *Obs.* VI. 32. et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Instit. de Legat.* §. 2. *seqq.*

L. I.

Ulpianus Lib. LXVII. *ad Edictum* (1).] Ubi de *interdicto quod legatorum* egit, quod et notat Raevard. *Varior.* III. 4. Sed mihi non satisfacit. Tricatur Bynkersh. *Obs.* VII. 18. (2).

Per omnia *exaequata sunt legata fideicommissis.*] Ratione Falcidiae. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* [et *Obs.* VIII. 4.] Sed potius hic fideicommissa exaequata sunt legatis (3). Videntur haec, et forte plura esse a Triboniano. add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 2. *seqq.* [et *in Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 86. *seq.*] add. Gaj. *Inst.* II. 7. §. 8. [*Instit. Veron.*

Lib. II. §. 268. *seqq.*] Ulpian. *Fragm. Tit.* 25. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 1. *Lit.* A. *p.* 751. *seq.* Balduin. *in Justinian. Lib.* III. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1125.] (4). Aliter Charond. *ad h. l.* et Merend. *Controv. Jur.* X. 48. (5).

(1) Hal. hanc inscriptionem sustulisse, sed perperam, notat Ant. Augustin. *Emend.* III. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1528.

(2) Quem tamen sequitur Wybo, *in Tribon. defens. p.* 324. *seq.*

(3) Quapropter Galvan. *de Usufr. Cap.* 14. *num.* 13. Ulpianum scripsisse putat: *legatis fideicommissa*, sed Tribonianum haec mutasse.

(4) Etiam Voet. *ad h. t. Pand.* §. 2. et Pothier. *in not. ad h. l.*

(5) Add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 240. ibiq. Walch. quem etiam vid. *in not. ad Hopp. Comm. ad* §. 3. *Inst. de Legat.* Egit etiam de hoc loco Amaya, *Obs. Jur.* II. 3. Ceterum, si Ulpianus ita scripserit, verba haec aliter accipienda esse ex mente Triboniani, qui Legem hanc in fronte hujus Tituli collocasse videtur, ut rationem redderet, quare de Legatis et fideicommissis promiscue hic agatur, recte observavit Jan. Valckenaer. *Diss. de Duplici Legum quarumd. in Pand. interpretatione, Cap.* 10. §. 8. Lugd. Batav. 1781.

L. III.

Haec verba testatoris: quisquis mihi etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Modestin. Different. in expl. L.* 3. *de vulg. et pup. subst.*

Non faciunt conditionale.] Vid. *L.* 21. *in fin. quand. dies leg. vel fideic. ced.* add. D. Goth. *in not.* et Sand. *Decis.* IV. 4. *Def.* 11.

L. IV.

Idem Lib. V. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 9. *de hered. instit.*

Sed,

Sed, si in corpore errabit (1), etc.] Cum plures fundos haberet, unum pro altero legando. Scip. Gentil. *de Errorib. testam. Cap ult.* [*Oper. Tom.* I. *p.* 53. *seqq.*]

Pomponius scripsit, vestem non deberi.] Mens enim sine verbis non sufficit. *L.* 9. *de hered. instit.* *L.* 46. *in fin. eod. L. unic.* §. 11. *Cod. de cad. toll.* Scip. Gentil. *d. loc.* [*p.* 54.] de prato legato, cum esset vinea: de quo et Cyriac. *Controv.* 337. *num.* 27. De errore in corpore Idem Scip. Gentil. *d. loc.* [*p.* 62.] Merend. *Controv. Jur.* XI. 40.

Rerum enim vocabula immutabilia sunt: etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. Grotium. *de Jur. Bell. ac Pac.* III. 1. *num.* 8. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 31. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 539.] (2). Facit huc Tertullian. *de Carn. Christ. Cap.* 13. et *Adv. Praxeam, Cap.* 9.

(1) Omnes habent: *erravit*, quod et mavult Brencm. *h.*

(2) Add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 18. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6. quem etiam vid. in *Disp. ad Tit. Pand. de aur. arg. leg.* §. 8. ad verba praecedentia: *auri appellatione electrum* etc.

§. 1.

Ab omnibus heredibus videri legatum, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 1. [*Oper. Tom.* I. *p.* 179. *seq.*]

L. V. (1).

(1) *Pr. semel duntaxat optare possumus.* Facit huc locus Quinctil. *Declam.* 309. ubi vid. Aerod. ed. Burm. *p.* 609.

§. 1.

Totum deberi:] Quasi verba essent tantum demonstrationis loco: cum tamen sint loco conditionis. Vid. *L. seq.* et *L.* 85. *de Legat.* 3io. Cujac. *Obs.* II. 39.

§. 2.

§. 2.

Sed meum nominaverit,] Aliud, hoc omisso. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 7.

Portionem deberi constat.] Add. Vinn. *Sel. Quaest.* II. 26. Excipe, nisi sit cum herede res communis. *L.* 76. §. 2. *de Legat.* 2do. *Consil. JCtor. Batav.* V. 56.

L. VI.

Si partem, pro ea parte debeatur, etc.] Add. similia apud D. Goth. *in not. ad L.* 67. §. 8. *de Legat.* 2do. (1).

(1) Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 19.

L. VII.

Legatum servo delatum dominus potest *repudiare.*] *D.* Goth. *in not.* „Imo, non potest. *L.* 34. §. 2. *de Legat.* 2do." Ubi vide.

L. VIII.

Si ex toto fundo legato testator partem alienasset, etc.] Adimendi animo.

§. 1.

Liberum cui (1) *erit, ab alterutro reliquum petere.*] Vid. Leonin. *Emend.* V. 5. *num.* 6.

(1) Hal. et Vulg. *ei,* Vid. Brencm. *h.* In praecedentibus verbis: *ut, si cum uno actum sit, et solutum,* etc. τὰ *et solutum* Tribonianum adjecisse ob *L. pen. Cod. de fidejussor.* putat Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 88. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 326. *seq.*

§. 2.

Lecticarios (1) *octo,*] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* I. 30. *num.* 11.

(1)

(1) Hal. et Vulg. *Lecticarios*. Vid. Brencm. *h.*

L. IX.

Et postliminii] Sic conjecit L. Taurell. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1436.] qui observat, jam dudum sic esse editum Mediolani (1).

(1) Et notat Hal., qui, in praecedentibus verbis, pro *legari posse*, edidit: *legari non posse.* add. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 75. et Brencm. *h.*

L. X.

Quod est verum.] Aliud in stipulationibus. *L. ult. pr. de verb. oblig.* in quibus non ita plene voluntates interpretamur. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 8.

L. XI.

Cum filiofamilias etc.] Vid. de hac Lege Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest.* [et *Obs.* X. 38.] add. Ant. Contium, *Disp.* I. 1. Merend. *Contr. Jur.* VII. 47. (1).

Fidei committi patris vel domini potest,] In cujus tunc sunt potestate. *L.* 6. §. 1. *de Legat.* 3io. D. Goth. *in not.* „ut scil. emancipet filium, etc." Nihil de hoc in Lege.

Ac tunc demum ex persona ipsorum etc.] Parentum, vel dominorum.

Cum ipsis, per quos commodum hereditatis, vel legati etc.] Juxta *L.* 91. §. 4. *h. t. L.* 25. §. 1. *ad SCtum Trebellian.* Si extraneis, ex filii vel servi persona: quod non potest fieri, quando ipsis est aliquid relictum. Vid. seqq. (2).

Extero (3) *quidem, habita ratione Legis Falcidiae,*] Quae soli competit heredi. *L.* 22. §. *ult. ad SCtum Trebellian.*

Quo-

Quoniam ex persona sua sibi filius etc.] Ipse heres.

Ac pater, non ut heres, sed ut pater etc.] Vid. *L.* 55. §. 2. *ad SCtum Trebellian.* (4).

Omni modo patrem id retenturum:] Legibus caducariis locus esse hic non potuit, cum hae non obtinuerint in illis, quae deficiebant post apertas tabulas. Vid. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. [§. 12. *not.* 32.] (5).

(1) Et Ant. Govean. *Lect. Variar. Jur. Civ.* II. 32.
(2) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 6. §. 5. *p.* 87.
(3) Al. *ex toto*, vel etiam aliter; sed Graecos etiam *extero*, vel *extraneo*, invenisse, cum vertant ἐξοτικῷ, notat Leunclav. *Notator.* II. 65. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1519.
(4) Add. Otton. *in Papinian. Cap.* 10. §. 4. *p.* 267. et P. J. de Fremery, *Diss. de Rationib. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 3. *p.* 13. *seq.*
(5) Et *ad Tit.* 25. §. 10. *not.* 22.

L. XII.

Ex hereditario legato petere eam posse,] Tuetur hanc lectionem Cujac. *ad h. l.* (1).

(1) Vulg. *non posse.* Sed vid. et Jauch. *de Negation. p.* 28. et Merill. *de Jur. accresc. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1765.

§. 1.

Et angustias temporis nihil legato nocere.] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. §. 40. *seq.* (1).

(1) In praecedentibus pro *Romae moriens* Hal. habet: *Romae morans*, et pro *triduo quo* Burman. *ad Sueton. in Caes. Cap.* 35. et *in Tiber. Cap.* 60. mavult: *triduo quam.* Sed vid. Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* II. *p.* 146.

§. 3.

Quod infra legatum erit, non valebit:] Hic demum

cum

cum legat, exstat casus ante expressus. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 37. *error.* 8. *num.* 21.

Ad postea quoque scripta legata pertinere placuit.] Aliud *L.* 6. §. 2. *de jur. codicill.* ubi vide.

Voluntas ergo facit, etc.] Quae hic magis curatur, quam ordo scripturae. Cujac. *Obs.* XIV. 7.

L. XIV.

Si ita sit adscriptum: si cui legavero bis, etc.] Forte incogitanter. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 37. *error.* 10. *num.* 14.

Et ait Aristo, unum videri legatum.] Et quidem minimum. §. 1. *h. l. L.* 47. *de Legat.* 2do. modo id non testator fecerit prudens volensque. *L.* 22. *de Legat.* 3^{io}. Cujac. *Obs.* XIV. 7. (1). Fab. *d. Dec.* 37. *error.* 8.

Nam quod ademtum est, etc.] In eodem testamento. Cujac. *ad L.* 1. §. 4. *de his quae in test. del.*

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 3^{io}. §. 2. — Ad verba finalia seq. §. 1. *et ait, posse dici, exiguius esse praestandum*, vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 15. §. 4. *p.* 560. De voce *exiguius*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 388. *not.* 26. Vulg. *exiguum.* Vid. Brencm. *h.*

L. XV.

Quia inesse *dimidiae.*] Lege: *inesset* (1).

(1) Ut etiam Hal. habet. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Si quis unam summam etc.] Vid. Sand. *Decis.* IV. 4. *Def.* 7. (1).

(1) Late de hoc §. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 206. *seqq.*

L. XVI.

L. XVI.

Si duobus res conjunctim legata sit,] *Per damnationem.* Ulpian. *in Fragm. Tit.* 24. §. 13. ubi Cujac. (1). Balduin. *in Justinian. Lib.* II. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1069. *in fin. et seqq.*] Aliud, si disjunctim. *L.* 20. *de Legat.* 3^{io}. ubi vide. Aliter Goveau. *ad L.* 1. §. 4. *ad L. Falcid.* sed male. Tricatur Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 6. in fin. [*Oper. Tom.* I. *p.* 213. *seq.*] *Conjunctim* verbis. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 4. *num.* 7. *seq.* male.

(1) Et Schulting. Verba *solam partem* Graecos vertere: *μόνον τὸ ἥμισυ*, ac si legissent: *solam dimidiam partem*, observat Leunclav. *Notat.* II. 66. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1519. nisi potius illustrationis caussa id adjecerint.

§. 2.

Totum Titius vindicabit.] Vid. *L. unic.* §. 4. *Cod. de caduc. tollend.*

Sed et si testator Titio et postumis viriles partes dari voluisset, etc.] Conf. *L.* 5. *in fin. et LL. seqq. de reb. dub.* Os. Aurel. *Dispunct.* 40. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 788.] vult, testatorem non tam voluisse partes constitui rei, quam definire dubium illud, quid singuli haberent natis postumis. Aliter paulo Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 5. quem vide (1).

(1) Add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de usufr. accresc.* §. 637. *a. p.* 274. *seq.*

L. XVII.

Qui filiabus legavit, etc.] Nota §. 1. *Inst. de exhered. liber.* (1). Merend. *Controv. Jur.* XVI. 49. *num.* 17. *seq.*

(1) Et junge *L.* 164. *de verb. signif.* Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 175. Non obstare *L. pen. de stat. homin.* demonstrat Gilb. Regius, *Enantioφ.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1497.

§. 1.

Si quis ita legaverit: si qua filia mihi genitur, etc.] Duaren. *ad h. l.*, et alii, putant respici jus vetus, de quo §. 1. *Inst. de exhered. liber.* ubi Bachov. (1).

Videtur singulis tantundem legasse] Facit huc *L.* 14. *Cod. de fideic. libert.* Idem porrigunt ad heredis institutionem. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de liber. et postum.* §. 8.

(1) De verbo *genitur* vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 272. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 416. *not.* 6. Brencm. *h.*

L. XIX.

Legata inutiliter data, etc.] Cujac. *ad h. l.* inter alia casum ponit in re aliena per vindicationem olim relicta, et herede dein dare *hoc amplius* (1) damnato.

Libro Quaestionum] Numerus excidit (2).

(1) De qua adjectione vid. et Cujac. *Obs.* VIII. 36.
(2) Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Si fuerit ab impubere inutiliter legatum,] Pone, servo ejus castrensi et proprio. Cujac. *ad h. l.*

Nec ille patri heres exstiterit, et decesserit.] Sic enim Legatum ex substitutione demum habuit effectum, nec obtinuit in eo regula Catoniana. Cujac. *d. loc.*

L. XX.

Qui duos servos haberet, unum ex his (1) *legasset*, etc.]

etc.] Cujac. *ad L.* 37. §. 1. *h. t. p.* 1052. putat casus distinguendos in Legibus oppositis. Merill. *Obs.* IV. 32. et Chef. *Different. Jur. Cap.* 36. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 730. *seq.*] hanc Legem accipiunt de Legato *vindicationis*; Legem vero 32. §. 1. et *L.* 39. §. 6. *h. t.* de Legato *damnationis*.

(1) Joach. Joh. Schwartz. *Obs. ad var. JCtor. Fragm. Cap.* 1. *p.* 5. Lugd. Batav. 1750. legit: *ex his si* etc., ope geminationis. Jo. Cannegiet, *ad Ulp. Fragm. Tit.* 24. §. 14. *p.* 115. *τὸ si* subintelligit. Potuisse illud excidere, notat Brencm. *h.*

L. XXII.

Quemadmodum insula legata, si combusta esset, area possit vindicari.] D. Goth. *in not.* „Imo — non potest. *L.* 5. §. 2. *quib. mod. usufr.*" Agit de usufructu (1).

(1) In seq. *L.* 23. verba: *ut hodie fit*, non Pauli, sed Compilatorum Pand. esse, putat D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 2. *p.* 234.

L. XXIV.

Quod in fundo meo natum est,] *Nasciturum*, ed. Rob. Steph. (1).

Vel fetus] *Vel fetu*, Al. (2).

(1) Et Vulg. Hal. *natum erit.*
(2) Ita Hal. Vid. Brencm. *h.* qui legit: *vel, fetus tantum dato*, atque ita Taurell. jam dedisse, notat Geb. *ibid.*

§. 1.

Inutile legatum est.] Vid. Fab. *in Cod. h. t. Def.* 13. et Merend. *Controv. Jur.* IX. 5. *num.* 7. ususfructus enim est extinctus. — Ad seq. §. 3. verba: *cum nostra destinatione* etc. vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1352.

§. 4.

§. 4.

Et specialiter meam *adscripsero*,] Al. *eam* (1). Vid. G. Forner. *Selection.* III. *ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121.]

(1) Ita Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.* qui id praefert. Sequitur: *carina eadem manente*, etc. Vid. Marq. Freher. *Verisim.* II. 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 933. add. notata superius ad *L.* 76. *de judic.* et *L.* 61. *de reivind.*

L. XXV.

Igitur et si jussu patris adita sit hereditas, imputabitur ei in Falcidiam.] Quia id pater retinet, non ut Legatum, sed partem hereditatis. *L.* 50. *L.* 52. *ad. L. Falcid.* Duaren. *ad h. l.* (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 1. *p.* 231.

L. XXVI.

Non amplius legatorum nomine ad quemquam pertinere videtur, etc.] Ergo, nec amplius solvendum vectigalis nomine, ubi id ex Legatis debetur. Cyriac. *Controv.* 175. *num.* 3. *seqq.*

Quod explendae conditionis caussa etc.] Adde, aeris alieni. *Consil. JCtor. Batav.* II. 134. ubi de gravato fideicommisso.

§. 2.

Cum bonorum parte legata, dubium sit, etc. (1)] Quid, si legata sit certa pecuniae summa ex bonis? Vid. Cyriac. *Controv.* 390.

In his tamen rebus partem dare heres *conceditur*,] Vid. notata ad *L.* 4. *de aleator.*

(1) Vid. Mascov. *de Sect. Sabin. et Proculian. Cap.* 9. §. 21.

L. XXVII.

Paulus Lib. IX. *ad Plautium.*] Junge *L.* 8. *in fin.* *de Legat.* 2do.

L. XXVIII.

Quia civilis mihi datur actio etc.] Et perpetua.

§. 1.

Rem, *quam ex stipulatu* etc.] In specie.

Utile esse Legatum:] Quia Legatariis adquiritur rei vindicatio.

Ut neque Falcidia hoc minuat.] Cum actionis commodum hic tantum sit (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 14. §. 10. *p.* 383.

L. XXIX.

Neque modo,] Vid. D. Goth. *in not.* ibiq. cit. Cujac. *Obs.* XIV. 24. add. Idem, *ad Libb. Papinian. Quaest.* *in expl. L.* 71. *de cond. et dem.*

Neque loco debitum differatur,] *Differat*, Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 427. Ego nihil mutem (1).

(1) Jensius, *in Strict. ad Pand. p.* 212. malam versionem dicit: *Differat* legit quoque van de Water, *Obs. Jur. Rom.* I. 9. *p.* 52. Sed vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 123. *seq.*

L. XXX.

Quibus dies adpositus non est,] D. Goth. *in not.* „Haec verba Cujacius ait esse ex interpretatione, etc." Scil. ipsius JCti: dubito tamen ob §. 4.

§. 2.

Utrum annua die dabuntur,] Vid. D. Goth. *in not.* et Bynkersh. *Obs.* VII. 19. (1).

(1) Praecedit: *Quid si forte centum mihi legata* etc. Hal. et omnes: *quod si* etc. Vid. Brencm. *h.* Quando *decem*, *centum* etc. in Jure nominantur, vulgo significari *decem*, *centum millia sestertiorum*, monet Averan. *Interpr. Jur.* I. 24. *num.* 4.

§. 6.

Cessare diximus.] Vid. *pr. h. l.* (1).

(1) Ad seq. §. 7. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 110.

L. XXXI.

Sed etiam ad ea, quae Codicillis confirmatis etc.] Facit huc *L.* 2. §. 2. *de jur. Codicillor.*

L. XXXII.

§. 1.

Si quis plures Stichos etc.] Non videntur haec cum praecedentibus ita olim cohaesisse.

Quem elegerit, debet praestare.] Aliud in casu *L.* 20. *h. t.* add. *L.* 37. §. 1. *eod.* (1).

(1) Egit hac de re etiam Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 212. *seq.* Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* III. 6. legendum putat: *quem elegerit legatarius.* Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 24. §. 14. *p.* 115. legendum conjicit: *quem leg. elegerit*, id est, quem legatarius elegerit. Aliter Bilderdyk. *Obs.* I. 36.

§. 2.

Si parti civitatis etc.] Vid. *L.* 122. *pr. h. t.*

L. XXXIII.

Si pluribus eadem res etc.] Spectat hoc *pr.* ad Legatum *vindicationis.*

Quod si separatim, siquidem evidentissime apparuerit, etc] Stylus plane Triboniani, Vid. Cujac. *ad h. l.* Balduin. *in Justinian. Lib.* II. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1070.] Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 3. *num.* 12. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 13. *not.* 36. et Wissenbach. *Emblem. Trib. Cap.* 5. *p.* 90. Dissentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 327. *seq.* Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 15. *num.* 8. add. Idem, *ibid.* IV. 19. Pro *ad secundum Legatum* Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 213. legit: *ad secundum Legatarium*, probante Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 14. *p.* 115. *Legatarium*, etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* De locutione: *nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est*, quaedam notavit quoque Bynkersh. *ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. XXXIV. (1).

(1) Pro *disjunctive* in *pr.* rectius legi: *disjunctique*, notat Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 214. — Ad seq. §. 1. vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 20.

§. 2.

Bis petere potero,] Limita ex §. 6. *h. l.*

§. 3.

Sed si non corpus sit legatum, etc.] Vid. Chesf. *Different. Jur. Cap.* 3. *num.* 18. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 623.]

Sed quantitas eadem] Si diversae, omnes deberi volunt. Mornac. *ad L.* 12. *de probation.* ubi exceptio.

In eodem testamento] Secus in diversis scripturis. *L.* 12. *de probation.* (1).

Si evidentissimis probationibus etc.] Haec verba olent Tribonianum, nec quadrant rationi sequenti: quin nec er-

error hic facile praesumi potest. Tale quid et suspicatus est Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 5. *Lit. i. p.* 815.

(1) Ad quam vid. notata.

§. 4.

Tunc enim fundo legato esse comparandum credo.] Juxta regulam de duabus caussis lucrativis.

§. 9.

Si conjunctim res legetur, etc.] Scil. *per damnationem:* de quo et in praecedentibus egit, cum tractavit de re aliena, ut §. 7.: haec enim sic tantum potuit relinqui. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 24. §. 8. et sic quoque accipit hanc Legem Cujac. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 24. §. 13. [*not.* 33.] (1) et in *Paratitl. ad Tit. Cod. de caduc. tollend.* et *ad L.* 16. *h. t.* Balduin. *in Justinian. Lib.* II. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1071.] Aliter Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 3. *Lit. c. p.* 779. *seq.* Vinn. *ad* §. 8. *Inst. de Legat. num.* 12. De conjunctis *verbis* capit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 4. *num.* 6.

(1) Add. Schulting. *ibid. not.* 34. Vid. tamen et Voorda, *ad Prael. Jan. a Costa*, *p.* 73. *seq.*

§. 10.

Concursu partes nos habere,] Hinc colligunt, jus accrescendi obtinere inter vocatos primis et secundis tabulis. Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 193.]

Interim igitur partem *habebit* etc.] *Totum*, debuisse scribi, vult Cujac. *ad Ulpian Fragm. Tit.* 24. §. 13. [*not.* 33.] post Azonem et Hugolinum. add. *L.* 10. *de*

adsign. libert. *L.* 6. §. 2. *de usufr. accresc.* *L.* 1. §. 9. *ad SCtum Trebell.* Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 9. *num.* 4. (1).

(1) Nihil mutat Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 12. *p.* 114. sed *partem* intelligit ejus, cui in pupillari testamento res legata est. — Ad seq. §. 11. vid. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 215. *seq.*

§. 12.

Unciarium *heredem* etc.] Ita edit. Flor. (1) recte. Sic *semissarius* *L.* 116. §. 4. *h. t.* *Unciarum heredem undecim, undecim* etc. Leunclav. *Notat.* II. 67. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1519.] et Leonin. *Emend.* l. 15. *num.* 5. male. add. Duaren. *ad h. l.* §. *si duobus.* et Cujac. *ad L.* 17. *in fin. h. t.*

(1) *Unciarum*, in ed. Geb. et Spang. vitiose.

§. 13.

Plane si alter ex Legatariis etc.] Extraneis. add. Duaren. *ad h.* §.

§. 14.

Duo esse legata,] Non unum, ut in aliis alternativis. *L.* 25. *quand. dies leg. vel fideic. ced.* ubi Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest.* Ne aliter tollamus electionem, si unum sit.

Et arbitrio *ejus esse*,] Al. *in arbitrio* (1).

(1) Ita Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.* qui id praefert. — Ad seq. *L.* 35. vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 8. *not.* 16.

L. XXXVI.

Hoc enim juris est, et si neutrius legati nomine quicquam

quam esset exceptum.] Ut cum dixit: *Titiae textores, Plotiae vernas.* Non est hic certum, quos exemerit utrimque.

§. 1.

Qui et verna et textor esset, neutri fuisse legatum.] Quia excepti sunt hinc et inde.

§. 3.

Heres non tenetur,] Alteri, cui Stichus quoque erat debitus in Legato *damnationis.* Ulpian. *Fragm. Tit.* 24. §. 13.

L. XXXVII.

Legato generaliter relicto etc.] Vid. Vinn. *ad* §. 22. *Inst. h. t.* (1).

(1) De *actore* vid. Goldast. *ad Dosith. Lib.* III. §. 10. *not.* 82. in *Jurispr. antej. Schulting. p.* 868. et Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* in voc.

§. 1.

Electio heredis erit, quem vellt dare:] Conf. *L.* 106. *de verb. oblig.* Add. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 7. *et* 9. (1). Nihil hic valere, si id constet, de certo cogitatum, non magis, quam *L.* 10. *de reb. dub.* cum similibus, existimat Ches. *Differ. Jur. Cap.* 36. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 727. *seqq.*] Sed hic est obscuritas tantum, in qua minimum sequimur. Cujac. *ad h. l.* post *L.* 13. *h. t.* Illic non est, quod sequaris.

(1) Et Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 24. §. 14. *p.* 115. *seq.*

L. XXXVIII.

Legatarius pro parte adquirere, etc.] Vid. *L.* 7. *de*

bon. libertor. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. oblig.* *Cap.* 20. in fin. [*Oper. Tom.* I. *p.* 171.].

§. 1.

Pro eo erit, quasi nec legatum quidem sit:] Vid. *L.* 1. §. 6. *si quid in fraud. patron.* (1).

(1) Sequitur: *si servus legatus sit* ei, *cujus* etc. Τὸ *ei* apud Hal. abest, probante Brencm. *h.*

L. XXXIX. (1).

(1) *Pr. Cum servus legatus in fuga esset*, etc. Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 20. *p.* 119. legit: *cum servus legatus si in fuga* etc. ope geminationis. Sed vid. van Dorp. *Obs. Cap.* 1. *p.* 9. *seq.* Ad seqq. verba: *Africanus Lib.* XX. *epistolarum apud Julianum*, vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 23. *p.* 116. Rationem, ob quam omnes hanc Legem Paulo tribuunt, vid. apud Brencm. *h.*

§. 1.

Quod in fructibus dicitur, hoc et in pensionibus urbanorum aedificiorum intellegendum erit.] Vid. *L.* 35. *de usufruct.* (1).

(1) De voce *solarium*, in seq. §. 5., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 418. *not.* 1.

§. 6.

Volgo fatebitur (1), *utique minorem eum legasse*, etc.] Ut *L.* 37. §. 1. *h. t.* Vid. et ad *L.* 20. *h. t.*

(1) De hac locutione vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 358. *not.* 28. — De Legato rei alienae, de quo §. *seq.*, late egit Majans. *Disp.* 20.

§. 10.

Nec aestimatio eorum debet praestari:] Inde colligit

Jas.

Jas. *h.*, rem, quae a Principis voluntate pendet, impossibilem haberi: quod tamen hinc non satis sequitur. add. D. Goth. *in not.* (1).

(1) De *Procuratore rei privatae*, cujus in praecedentibus verbis mentio fit, vid. Brisson. *Sel. Antiq.* III. 20.

L. XL.

Idem Lib. II. *Fideicommissorum.*] Junge *L.* 11. §. 17. *de Legat.* 3^tio^.

Sed si res aliena, cujus commercium legatarius non habet, etc.] Differunt *commercium*, et *jus possidendi*, ut notant Donell. *ad L.* 34. *de verb. oblig.* Hilliger. *ad Donell.* VIII. 11. *Lit. h. i. k.* Sand. *Decis.* IV. 4. *Def.* 4. Sed casum ponunt, de quo Ulpianus cogitare non potuit, in servo Christiano legato Judaeo alicui, et restituendo homini Christiano, qui non habet jus possidendi, quum venditus sit servus, ut exportaretur (1). Melius Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. h. t.* ponit casum in praedio Provinciali, legato Officiali, qui commercio ejus caret, *L.* 62. *de contrah. emtion.* restituendo metoeco, cui jus possidendi non est. *L.* 4. *Cod. de jur. fisc.*

Ei, cui jus possidendi non est,] Facit huc Phaedr. IV. 4. *vs.* 10. *et* 15. D. Goth. *in not.* „*ei, cui jus possidendi est*, Cujac. etc." Et sic Vinn. *ad* §. 4. *Inst. h. t.* male (2).

(1) Pari modo Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 2do. §. 9. Alium casum ponit Voet. *ad Libb. Pand. de Legat. et fideic.* §. 30.

(2) Add. Jauch. *de Negation. p.* 191. Cum Cujacio tamen negationem delet J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 4. *p.* 23. Sed Graecos etiam eam agnoscere, notat Leunclav. *Notat.* II. 68. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1519. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 8. *p.* 111. pro *non* legit *modo.* Sed vid. Puttman. *Advers. Jur. Univ.* I. 3. *p.* 63.

p. 631 *seqq.* qui sequitur Janum a Costa, et alia exempla e Jure recentiori addit. Janum a Costa etiam sequitur Majans. *Disp.* 20. § 11. et nihil mutandum censet quoque Th. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non admitt. Cap.* 3. *p.* 114. *seq.* Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXV. §. 5. pro *ei cui jus possidendi non est*, legit: *et cujus jus possidendi non est. Disputatio* Hectoris Berenger. *ad h. l.* inserta est *Observationibus ad Jus Rom.* B. Branchu, *p.* 197. *seqq.*

L. XLI.

§. 1.

Aviola et Pansa Consulibus.] D. Goth. *in not.* „Sub Trajano, anno Christi 123." Imo Hadriano, qui tunc imperavit. add. Spartian, *in Hadrian. Cap.* 18. qui tamen minus recte mentem SCti exponit, ut notat *ibid.* Casaub. et Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de oper. publ.* [*Tom.* V. *p.* 311.] (1). Vid. et duo alia SCta temporum Claudii apud Reines. *Class.* VII. *inscript.* 11.

(1) Add. de hoc SCto Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 65. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1179. et Majans. *Disp.* 24. §. 16. *seqq.*

§. 3.

Non est possessor futurus.] Utriusque (1).

(1) Praecedit: *cui aliam domum* legem. Flor. in fine versus scriptum. *legē*, id est, *legem*, sed antique factum *leget*, atque ita omnes habere, notat Brencm. *h.* qui tamen *legem*, ut Taurell. edidit, praefert.

§. 4.

Legatum tamen valebit, ut aestimatio eorum praestetur.] Utroque hoc casu, quia est ratio justa, ut aliquo modo legata haec valeant (1).

(1) Add. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 222. *seq.*

§. 5.

§. 5.

Quia hi quoque non promercii caussa id haberent.] Adde, hic esse publicum commodum (1).
Quamquam constitutum sit, etc.] D. Goth. *in not.* „Hadrianum tamen constituisse refert Spartianus, *at* etc." Is mentem SCti parum exacte retulit (2).

(1) Add. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 9. *p.* 247. De voce *promercii* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 364. *not.* 40. Praecedit: *qui Reipublicae ad opus* promiserint. Omnes habere: *promiserunt*, atque ita Flor. factum, notat Brencm. *h.* cui haec correctio suspecta est.
(2) Vid. notata ad *pr. h. l.*

§. 7.

Epitynchani] De quo Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 31. *p.* 178. *seq.* (1).

(1) In seq. §. 8. pro *vel porticus*, *sine aedibus*, Hal. et Vulg. habent: *porticus in aedibus*. Vid. D. Goth. *in not.* et Brencm. *h.* Sed *sine aedibus* legit quoque Ant. Augustin. *in Thes. Antiq. Tom.* II. *p.* 1341.

§. 9.

Item hoc prohibetur haec *legari*,] *Haec* redundat (1).

(1) Et vulgo abest. Vid. Brencm. *h.* qui ortum illud esse putat ex repetitione fluctuantis Librarii.

§. 10.

Vel castelli.] *Vel castella*, edit. Rob. Steph. (1) alioquin forte verbum ante *vel* excidit.

(1) Et fere omnes, Brencm. *h.* Vid. tamen Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 339. *not.* 11. add. de his, ut et de *fistulis*, Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. et Majans. *Disp.* 24. §. 23. *seq.*

§. 11.

§. 11.

Canthari] Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. (1).

(1) Ibiq. Heinecc. qui notat Alciatum, *Parerg.* I. 20. pro *canthari* legentem: *καταῤῥοι*. Quid *automataria* sint, docet Brisson. *d. loc.* in voc. add. Majans. *Disp.* 24. §. 25. *seq.* De varia hujus vocis lectione vid. Brencm. *h.*

§. 14.

Et puto valere.] Ergo destinata hic non sunt pro perfectis: qua de re vid. Gail. *Obs.* II. 11. *num.* 5.

§. 16.

Puto non extingui.] Junge *L.* 43. *h. t.*

L. XLIII.

Idem Lib. XXI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 41. *h. t.* (1). *Sed si detraxerit, et* (2) *praestiterit, poenis erit locus,* etc.] Vid. *L.* 52. *de contrah. emt. l. ult. de damn. inf.* et in solutum datio est pro venditione.

(1) Sequitur: *legari non permisit.* ubi Flor. male abesse negationem, notat Jauch. *de Negation.* p. 76. *et* 118.

(2) Flor. *ut.* Sed Vulg. *et* probat quoque Brencm. *h.* Sequitur: *quamvis, ut non vendat, detraxit,* etc. Rectius Hal. et Vulg. *quamvis, non ut vendat,* etc. Vid. Brencm. *h.* qui et notat, H. a Porta et Baudoz. pro *detraxit* habere: *detraxerit.* Sed post *quamvis* etiam alibi Indicativum sequi, supra notavimus ad *L.* 11. §. 5. *ad L. Aquil.*

§. 1.

Marcellus etiam scribit, etc.] Vid. *L.* 45. *de donat. int. vir. et uxor.* (1).

(1)

(1) Add. de hoc §. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription. Obs.* II. §. 6. *p.* 43. *seq.*

§. 2.

Legatum in aliena voluntate poni potest:] Adjectione conditionis. *L.* 1. *pr. de Legat.* 2do. add. Cujac. *Obs.* II. 2. Quaedam Merill. *Obs.* IV. 15. parvi pretii.

L. XLIV.

§. 1.

Retro ipsius fuisse videtur, ex quo haereditas adita est:] Vid. *L.* 69. *pr. L.* 89. §. 2. *h. t.*

§. 2.

Si pocula quis legavit, et massa facta est, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo non consistit. *L.* 36. *pr. de usufr.*" Alio pertinet.

Quam sententiam puto veram, si modo non mutaverit testator voluntatem.] Quod ordinario intelligitur. *L.* 88. *de Legat.* 3^io^. At, si probare possit Legatarius voluntatem durasse. Cujac. *ad h. l.* (1). Ἀντινομίαν statuit Zach. Huber. *Diss. Jurid. et Philol. Part.* II. *p.* 315. *seqq.*

(1) Add. Wissenbach *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 15. qui etiam alios laudat.

§. 4.

Si areae legatae domus imposita sit, debebitur Legatario, etc.] Obstat *L.* 79. §. *pen. de Legat.* 3^io^. ubi vide (1).

(1) Add. Wissenbach. *loc. modo cit.* §. 16. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 27.

§. 7.

§. 7.

Si idem servus et legatus, et liber esse jussus sit,] In eadem scriptura, an alio tempore, vel alio actu: quo referunt *L.* 3. §. 1. *de instr. vel instr. legat. L.* 24. §. 1. *de adim. legat.* Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. d. L.* 3. §. 1. Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 3. *num.* 8. *seqq.* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 621. *seq.*] qui *ibid. num.* 13. obstare sic putat *L.* 34. *pr. h. t. L.* 20. *de adim. legat.* ubi translatio inutilis in eodem testamento ademtionem tamen inducit. Ipse, *ibid. num.* 14. *seqq.* putat, libertatem hic prius datam inutilem, et tunc non posse illam obstare legato post dato: contra non valiturum legatum, post data libertate, etsi inutiliter: quod considerandum. Vid. tamen et Cujac. *Tract.* V. *ad African. in expl. L.* 108. §. 9. *h. t.* (1).

(1) Ad seqq. verba: *vel si is sit servus, qui in perpetuam servitutem venierit*, vid. G. Forner. *Selection.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 93. *seq.* — Ad seq. *L.* 45. *pr.* vid. Majans. *Disp.* 7. §. 12. et ad §. 1. Amaya, *Obs. Jur.* II. 13.

L. XLVI.

Qui vel Stichum,] In specie.

Vel hominem] In genere. Ceterum, non debuit hic Literarum forma mutari.

L. XLVII.

Vel ubi verisimile est, eum voluisse:] D. Goth. *in not.* „Verisimilis etiam voluntas defuncti servanda, non tantum expressa." add. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* II. *Const.* 5. *Def.* 8.

§. 3.

Sed si Stichus aut Pamphilus legetur, etc.] Vid. Merend. *Contr. Jur.* VIII. 8.

For-

Fortassis *vel mortui pretium.*] Non id adfirmat. Scip. Gentil. *de Divid. et indiv. oblig. Cap.* 9. [*Oper. Tom.* I. *p.* 121.] Forte haec fuit mens defuncti, ut sic posset heres defungi.

§. 5.

Quod verius est.] Non idem in fiduciario. *L.* 22. §. 3. *ad SCtum Trebellian.* et in casu *L.* 108. §. 12. *h. t.* (1).

(1) Add. Gluck. *Ausf. erl. der Pand. tit. de pactis*, §. 324. *b. not.* 71. *p.* 350. *seq.* qui etiam alios laudat.

§. 6.

Potuit enim eum acceptum Legatarius vendere.] Inde quidam volunt, heredem ob moram non teneri, nisi Legatarius potuerit vendere. Jan. a Costa, *ad* §. 16. *Inst. de Legat.*

L. XLIX.

Et ita Imperatorem (1) *decrevisse, Marcellus scripsit.*] Vid. *L.* 48. *de cond. et dem.* (2).

(1) *Marcum* omissum esse, putat Perrenon. *Animadv.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 654. add. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell.* I. 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 13. *seq.*

(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 18.

§. 4.

Fideicommissum quidem in creditoris *persona non valet*, etc.] Cui nihil reliquit (1).

(1) In seq. §. 5. *quam ipsum conventum* dici pro *potius quam ipsum* etc. notat Augustin. *Emend.* IV. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1537. add. notata superius ad *L.* 2. §. 1. *de reb. cred. not.* 8.

§. 8.

Et ait, creditoris quidem nihil interesse,] Non enim plus juris accipit. Aliud *L.* 3. §. *ult. de liber. legat.* Vid. Cujac. *ad h. l.*

§. 9.

Necesse habebit, tanti vendere, etc.] Nihil huc facit *L.* 2. *Cod. de rescind. vend.* Vid. ad eam Pinel. *Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 19.

L. L.

§. 1.

Non agentem caussam, vel lusorie (1) agentem,] Ex Constitutionibus. *L.* 14. *de appellation.*

Non tamen provocavit (2)?] Scil. heres. Ita Grotius. *in Flor. Sparsion. h.* Vid. S. van Leeuwen, *in not.*

Injuria ei facta non nocebit *Legatariis*,] *Non* delet Cujac. *Obs.* II. 7. et *ad h. l.* (3). Facit huc *L.* 3. *de pign. et hyp.* Dissentit Merill. *Var. ex Cujac.* III. 17. P. Fab. *ad L.* 207. *de reg. Jur.* Herald. *de Rer. Judicat. auctor.* I. 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1085.] male: quae enim hic Constitutio, ut in prioribus casibus? et tali erat opus. Dissentit etiam Ant. Fab. *de Erroribus Pragm. Dec.* 98. *error.* 10. ad fin. et Bachov. *ibid.* etiam Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 577.] (4).

(1) Steph., H. a Porta, Baudoz. *collusorie.* Vid. Brencm. *h.* atque ita legendum, putat Geb. *ibid.*
(2) Flor. legitur: *provocabit.* Hal. *provocaverit.* Vid. Brencm. *h.* qui legendum putat: *provocavit*, et Taurell. edere debuisse: *provocabit.*
(3) Etiam Leonin. *Emend.* III. 13. *num.* 2.
(4) Dissentit etiam Jauch. *de Negation. Pand. p.* 192.

Quir-

Duirsema, *Conject.* II. 6. *p.* 240. *seq.* Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non adm. Cap.* 3. *p.* 89. *seq.*

§. 3.

Ante omnia ipsius patrisfam. consuetudo,] Vid. *L.* 23. §. 1. *de pecul. legat.*.

Deinde regionis, in qua versatus est,] Vid. Sand. *Decis.* IV. 8. *Def.* 7.

Item earum, quae praecedunt, etc.] Vid. *L.* 44. *de manumiss. testam.* Facit huc Cicer. *de Invent.* II. 40. Plura vid. apud Stryck. *de Jur. Sens. Diss.* X. *Cap.* 5. *num.* 16. *seqq.* add. et alios conjecturarum fontes apud Sand. *Decis.* IV. 5. *Def.* 8. (1).

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 2. *seqq.* et J. C. van de Kasteele, *Exercitation. de Ultim. voluntatib. rite interpretandis.* Lugd. Batav. 1801.

L. LI.

Neque permutationem *recipiunt,*] *Functionem, L.* 2. §. 1. *de reb. cred.* (1). add. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. oblig. Cap.* 6. [*Oper. Tom.* I. *p.* 109. *seq.*]

(1) Ad quam vid. notata.

L. LII.

§. 1.

A substituto pure repetit,] Pro *repetiit* (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 3. *de his qui not. infam.* et *L.* 16. §. 2. *de hered. petit.* Repetit, Hal. Vid. Brencm. *h.*

L. LIII. (1).

(1) Ad verba seq. §. 3. *eum ex testamento non teneri,* vid.

vid. Noordkerk. *Disq. de L. Petron. Cap.* 3. §. 15. *p.* 117. *seqq.*

§. 5.

Id est, reliquias,] Non est in Flor. (1).

(1) De voce λείψανα vid. Augustin. *Emend.* IV. 16. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1551.

§. 6.

Debuit enim repromittere.] D. Goth. *in not.* „Imo non debuit. *L.* 15. §. 3. *de damn. inf.*" Nihil huc facit (1).

(1) Ad seq. §. 7. vid. Jo. Wunderlich. *de Usu Inscript. Obs.* I. §. 14. *p.* 23.

L. LIV.

Quae denotandi *magis* etc.] Vid. Bynkersh. *Obs.* I. 2. (1).

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 13. et notata superius ad *L.* 9. §. 8. *de hered. instit.*

§. 1.

Legatum ei deberi.] Vid. *L.* 72. §. 4. *de cond. et dem.* (1).

(1) Ad seq. §. 2. vid. Amaya, *Obs.* II. 12. §. 17.

§. 3.

Si pars heredum nominata sit etc.] Vid. ad *L.* 124. *h. t.* Fr. Mars. Gordon. *Praetermiss. Cap.* 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 843.] legit: *hereditarias partes heredes debent: si vero omnes, viriles* (1).

(1) Alii aliter. Vid. Wissenbach. *ad Tit. Pand. de Legat.*

gat. 1°. §. 25. Voet. *ad Libb. Pand. de Legat. et fideic.* §. 46. Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 216. *seq.* Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 24. §. 1. *p.* 109.

L. LV.

Nemo potest in testamento suo cavere, etc.] Vid. Gail. *Obs.* II. 145. *num.* 5. *seqq.* add. *Consil. Ultraj.* III. 94. Facit huc Quinctil. *Declam.* 374. *Potentius est, quod in albo lego, quam quod in testamento.* Verba *in testamento suo*, priore loco posita, pro Glossa habet Leonin. *Emend.* VII. 24. Merill. *Obs.* V. 10. casum ponit, ut quis in testamento aliud tempus praescripserit ad parendum Legi Juliae et Papiae, ac ipsa Lex praescribit. Sed Lex ipsa alia inde concludit, add. Cujac. *ad h. l.*

Quia nec tempore, etc. (1)] Vid. *L.* 44. §. 1. *de oblig. et action.* add. Cujac. *d. loc.* et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 3. *num.* 5. *seqq.*

(1) Vid. de hac ratione Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II, 66. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1179. *seq.* et Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 19.

L. LVII.

Vel potest aliquid esse superfluum exsoluto aere alieno.] *Vel non potest*, Jauch. *de Negat. Pand. p.* 260. (1). *Vel nisi non potest*, edit. Rob. Steph. et aliae. Vid. Vinn. *ad* §. 5. *Inst. de Legat.* Fluctuat Matth. *Paroem.* 4. *num.* 17. Nec placet Heinecc. *in Additam. ad Vinn. d. loc.* Vid. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 7. *num.* 9.

Quod si testator eo animo fuit, ut quamquam liberandorum praediorum onus ad heredes suos pertinere noluerit, etc.] *Voluerit*, Donell. *Comm. Jur. Civ.* VIII. 19. et Fab. *Conj.* XI. 10. *num.* 6. (2) male. Vid. Stek. *Vin-*

 dic.

dic. antiorit. Cap. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 529.]

Non tamen aperte utique de his liberandis senserit,] Id est, in totum: pone plus esse in debito ac in re. Jac. Gothofred. *Animadv.* Cap. 18. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 316.]

Tamen per jurisdictionem Praesidis Provinciae id ei praestabitur.] Et non videtur hic suo nomine solvisse. Sand. *de Action. Cession.* Cap. 7. *num.* 9.

(1) Aut repetit *nisi* ex praecedentibus, et accipit sensu *si non*, add. Idem, *ibid.* *p.* 29. *Nisi non potest*, etiam Majans. *Disp.* 21. §. 2. Negationem expresse suppleri, non necesse putat Sammet. *Opusc.* Cap. 19. *p.* 158. *seq.* Van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 13. ex praecedentibus repetit *nisi*, quod accipit pro *nisi non*. Sed vid. Voorda, *Interpr.* III. 4. qui Cujacium sequitur, *ad h. l.* existimantem, si plus est in pretio rei oppignoratae, quam in debito, onus luendi incumbere fideicommissario, etiamsi testator sciverit, rem, quam legabat, alteri esse obligatam. Quo tamen alio loco in jure hoc traditur, me ignorare fateor. Contra, Imp. Justinianus in §. 5. *Inst. de legat.* simpliciter dicit, si testator sciverit rem obligatam esse, heredem necesse habere eam luere, nisi defunctus voluerit legatarium luere, et hoc expresserit: et pari modo rescripsit Imp. Alexander in *L.* 6. *Cod. de fideicommiss.* Mihi quidem verba haec suspecta videntur. Forte ad verba: *si nesciat, a Fideicommissario*, aliquis in margine adscripserat: *pone, aliquid esse superfluum exsoluto aere alieno*, ita significans, onus luendi fideicommissario hoc casu non incumbere ultra rei pretium; eaque verba deinceps contextui temere inserta sunt paululum mutata.

(2) Probante Jauchio, *de Negation. Pand.* *p.* 55. *et* 306. *Voluerit* praefert quoque Voorda, *loc. modo cit.* *p.* 255. *seqq.* Forte rectius retinetur lectio Florentina, et continet posterior haec Legis pars veluti ulteriorem explicationem verborum: *nisi si animo alio fuerit*, quasi diceret JCtus, ut onus luendi heredibus hoc casu non incumbat, non sufficere testato-

torum alio animo fuisse, sed requiri, ut hanc mentem suam clare et aperte expresserit, alioquin legatariis aut fideicommissariis succurri ea ratione, quam porro proponit: pari modo, ut docet quoque Imp. Justinianus *d.* §. 5. *Inst. de legat.* onus scil. luendi heredibus incumbere, nisi defunctus voluerit legatarium luere; *et hoc expresserit.* Conf. van de Water, *loc. laud. p.* 185.

L. LVIII.

Et aedificiorum aetatibus *examinatis*,] Facit huc locus elegans Joseph. *Antiq.* X. 11. 7. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1^a. §. 20. et alii legunt: *statibus*. Male. Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *aetas*, *num.* 6. (1). Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 3. *p.* 91. et *in Praef. ad Tom.* II. *Thes. jur. p.* 4.

(1) Ibiq. Heinecc. add. Bynkersh. *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. LX.

Quod si nulla retentione *facta* etc.] *Ratione* Flor., male. Vid. Augustin. *Emend.* III. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1499.] (1).

Incerti condictio ei competet, etc.] Vid. *L.* 40. §. 1. *de condict. indeb.*

(1) Qui dicit, utrumque Flor. esse. Scil. in Tusco exemplari supra vocem: *retentione*, jam olim adscriptum: *atione*, ut fiat: *ratione*. Sed, cum in voce: *retentione*, nihil deletum sit, ex conjectura hoc profectum videtur. Vid. Brencm. *h.*

L. LXI.

Necessarios a legatario factos,] Lectionem hanc tuetur Fr. Mars. Gordon. *Praetermiss. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 885. *seqq.*] (1) habet tamen quaedam non bona.

(1) Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* legit: *legata necessario factos.* Egit de hac Lege etiam Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 225.

L. LXIII.

Quod falsum puto, etc.] Facit huc *L.* 44. *de aedil. edict.*

L. LXIV.

Neque in legatis valent.] Aliud in fideicommissis, vult Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 52. *error.* 2. argumentis parum firmis (1).

(1) De locutione: *in tantos, quanti* etc. in seq. *L.* 65. vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 358. *not.* 29. add. Eckhard. *Herm. Jur.* L. 3. §. 107. in fin.

L. LXVIII.

§. 3.

Inutile legatum est, quia moriturum Titium certum est.] Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 65. *in fin. de Legat.* 2do. et *ad L.* 38. *de hered. instit.* hoc accipit, quatenus spectamus transmissionem, et jus perpetuum, etsi eo interim utatur (1).

(1) Aliter Rucker. *Interpr.* II. 4. ubi late de hac Lege egit, eamque conciliare conatus est cum *L.* 65. §. 2. *de Legat.* 2do. Sed Ruckerum refutavit Puttman. *Interpr. Cap.* 21. dissensum JCtorum agnoscens. add. Idem, *Miscellan. Cap.* 23. *p.* 221. Aliter Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 16. *p.* 428. qui pro *inutile legatum est* hic et in praecedentibus verbis, legit: *inutile legatum n. est*, id est, *non est.* Idem, *ibid.* pro *sub contraria conditione* in praec. §. 2. mavult: *et sub contraria* etc. intelligens conditionem contrariam legato servi. Vid. et Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 226.

L. LXIX.

L. LXIX. (1).

(1) *Pr. Servo legato legari posse receptum est*, versum continere; notat Scip. Gentil. *Parerg.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1350. add. notata superius ad *L.* 28. §. 3. *de judic.* et ad *L.* 44. *de rei-vind.*

§. 2.

Sed alio quoque, etc.] Vid. *L.* 108. §. 14. *h. t.*

Non enim gener, aut sponsus, etc.] Obstat *L.* 48. §. 1. *de jur. dot. L.* 71. §. 3. *de cond. et dem.* Distinguunt vel juxta verisimilem testatoris mentem, et affectionem, vel utrum sit promissa, an non. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 21. (1).

(1) De verbo *sufferatur* in seq. *L.* 70. §. 3. vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 359. *not.* 30. Malam versionem dicit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 226.

L. LXXI.

Cogentur heredes, quam vellet, domum etc.] Facit huc *L.* 20. *h. t.* add. Cujac. *ad L.* 37. *h. t. p.* 1651. Vinnius, *ad* §. 22. *Inst. de Legat. num.* 7. Vulgatam (1) sequitur, ne nimis gravetur heres juxta *L.* 67. §. 8. *de Legat.* 2do. quod tamen infirmum. Alius casus *L.* 37. §. 1. *L.* 39. §. 6. *h. t.* et vid. Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de opt. vel elect. leg. num.* 4. Bene contra Vinnium Heinecc. *ad d.* §. 22. *Inst.*

Magis derisorium est, quam utile legatum.] Debet enim res esse certa. Paul. *Sent.* III. 6. §. 13. (2). Interpretatione tamen id interdum assequendum est. *L.* 30. *de Legat.* 2do. *L.* 12. *de Legat.* 3io. *L.* 14. *de ann. legat.*

(1) Quae habet: *cogetur heres, quam domum volet* etc. Hal. *cogentur heredes, quam domum volent* etc. Florentinam servat quoque Wissenbach. *in Disp. ad*

 Tit.

Tit. Pand. de option. vel elect. leg. §. *ult.* et Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 14. *p.* 115. Sed Haloandrinam sequitur Voet. *ad Tit. Pand. de option. vel elect. leg.* §. 6, et Duirsema, *Conject.* II. 9. *p.* 267. *seq.* eamque etiam praefert Voorda, *Interpr.* II. 12. *p.* 154. *seq.* intelligens legatum *damnationis.* Pari fere modo Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 10. §. 3. *p.* 134. *seq.* Haloandrinam etiam probat Puttman. *Advers. Jur. Univ.* I. 11. *p.* 179.

(2) Ubi vid. Schulting. *not.* 28. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 14. — Ad seq. §. 1. vid. Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 227.

§. 3.

Negetque dominum eam vendere, etc.] Vid. *L.* 30. §. 6. *de Legat.* 3^io^.

Vel fratres naturales:] Vid. *L.* 39. *de aedil. edict.* Facit huc *L.* 41. §. 2. *de Legat.* 3^io^.

§. 6.

Sed et si non municipibus, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* IX. 5. *num.* 9.

L. LXXII.

Si nullae vineae erunt, legato nihil decedit.] Hinc dicunt, reservationem non dare jus novum, sed tantum, quod est, conservare. Cyriac. *Controv.* 283. *num.* 49.

L. LXXIII.

§. 1.

Rescripto Imperatoris nostri *significatur.*] D. Marci, ut *L.* 9. *ad Sctum Tertullian.* Merill. *Obs.* IV. 16. (1).

(1) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 8. *not.* 73.

L. LXXIV.

L. LXXIV.

Licet Imperator noster cum Patre rescripserit,] Ex sententia quorumdam. Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. per quas pers. cuiq. acq.*

Videri, voluntate testatoris repetita a substituto, etc.] Conf. Cicer. *in Topic. Cap.* 4.

L. LXXV.

Si aestimaverit heres, etc.] Vid. Cujac. *Obs.* II. 2.

Quoniam quasi viro potius bono etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. *L.* 11. §. 5. *de Legat.* 3io. *L.* 46. §. 3. *de fideic. libertat.*

§. 1.

Falsa demonstratio non perimit Legatum,] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 9. *Def.* 22.

§. 2.

Decem, quae mihi Titius debet, lego.] Alii scil., cui sic legatum nomen, quod non est. Vinn. *Sel. Quaest.* II. 27. (1). Fluctuat Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de liber. legat.* Vid. et Fab. *Conject.* V. 2. sed caute.

Nam et si vivus exegissem, extingueretur legatum;] Vid. *L.* 11. §. 13. *de Legat.* 3io.

(1) Add. Averan. *Interpr. jur.* V. 21.

§. 3.

Tenebitur heres ejus, etc.] Qui id jus habet. *L.* 76. *de verb. oblig.*

L. LXXVI.

Non videretur de ea sensisse, qua ipse etc.] Vid. D. Goth. *in not.* et Forner. *Selection.* I. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 6.] (5).

(1) Apud Hal. *Titius* abest.
(2) Vel *senatoris.* Vid. Brencm. *h.* Sed Hal. *coenatoriis*, ut Flor. Vid. de his Erhard. *ad Petron. Satyric. Cap.* 21. *p.* 71. ed. Burm.
(3) Quaedam notavit quoque Const. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1427.
(4) Et Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 282. *seq.*
(5) Add. Pothier. *h. t. num.* 31.

L. XXXIV.

Aut quod ei deberetur,] Haec transponit Salmas. *Disq. de mutuo, p.* 231. *et* 234. legens: *si ab aurifice ei repensum non esset, aut quod ei deberetur*, etc. Paulo aliter Bynkersh. *Obs.* VIII. 4.

Manet tamen ejus, qui dedit, etc] *Manet enim* etc. Rob. Steph. (1) bene, et ita haec citat Balduin. *in Scaevol.* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 515.] ταυτολογίαν tamen manere, vult Bynkersh. *d. loc.* quod non video.

Ut non tamen (2) *ex eo auro* etc., *sed ex alio:*] Vid. *L.* 31. *locat. cond.*

Et hoc aurum non transibit ad uxorem.] Nec aliud intellexisse Mucium, putat Balduin. *loc. modo cit.* nimis benigne.

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) *Non tantum — sed et*, Vulg. Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 343. *seqq.*

S. 2.

§. 2.

Ut haec scriptura habeat in se demonstrationem *legati* *t* argumentum:] *Deminutionem* — *augmentum*, Cujac. Vid. D. Goth. *in not.* Laudante Balduin. *loc. modo cit.* [*p.* 517.] (1).

(1) Etiam Majans. *loc. modo laud. p.* 346. Voet. *ad Tit. Pand. de cond. et dem.* §. 6. *in fin.* Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 198. Vid. tamen Marckart. *Interpr. rec. Lection.* I. 8. *p.* 43. *seqq.* et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 288. *seq.*

L. XXXV.

Titiae amicae (1) *meae, cum qua sine mendacio* (2) *vixi*, etc.] Id est, *pro uxore palam habui*, Noodt, *ad Tit. Pand. de rit. nuptiar.* vs. *Nunc rem consideremus* etc. circa fin. ex Sueton. *in Calig. Cap.* 24. quod non probo.

Aut pretium auri, etc.] Vid. *L.* 1. *in fin. h. t.*

(1) Id est, *concubinae.* Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV *p.* 1366.
(2) Id est, *sine querela*, Pothier. *h. t. num.* 15. Malam versionem dicit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 29?.

§. 1.

Si lite contestata Praetor etc.] Fideicommissarius.

L. XXXVIII.

§. 1.

Semproniae Piae etc.] D. Goth. *in not.* „Ad hunc §. vid. Alciat. etc. Turneb. etc." etiam Cujac. *Obs.* XXVI. 29.

Coopertoria (1) *Tabiana*,] Vid. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 100. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1208.] ubi de hac Lege.

Id

Id est, *an ex synthesi* etc.] *Id est* dele cum Salmas. *ad Vopisc. in Bonoso*, *Cap.* 15. *p.* 772. ubi hanc Legem explicat: a quo dissentit Bynkersh. *Obs.* IV. 2.

Respondit, *si essent tunicae singulares* etc.] Extra synthesin.

Quod si non est,] D. Goth. *in not.* „Ita Flor. Al. *non essent.*" Sic Rob. Steph. (2).

(1) Ita omnes scripti et editi; sed Flor. *copertoria*. Vid. Brencm. *h.*
(2) Et ipse Taurell. in margine, etiam Hal. Vid. Geb. *h.*

§. 2.

Sin autem,] Ἀποσιώπησις (1).

Jubeoque signum Dei etc.] Nugantur quidam, de cruce hoc capientes. Vid. Otton. *in Papinian.* [*Cap.* XI. §. 3. *p.* 314.] (2).

(1) Add. van Vryhoff. *Obs. Cap.* 23. *p.* 167. Hal. *sin minus autem.* Jauch. *de Negation. Pand.* *p.* 77. *sin* accipit pro *si non*; etiam H. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* III. 1. *p.* 228. Sed vid. Trotz. *Memor. Propag.* I. 3. §. 5. *p.* 173.
(2) Et Trotz. *d. loc.* *p.* 174. ubi plura de hac Lege. add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* I. 13. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 82. et Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* in fin. Sequitur: *non nisi aut aerea*, *aut argentea*. D. Goth. *in not.* „Puto legendum: *aut aerea*, *aut aurea*, *aut argentea.*" quod non probat Brencm. *h.* Vulg. pro *aerea* habet: *aurea*, quam lectionem sequitur Averan. *Interpr. Jur.* IV. 18. ubi de hac Lege. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 3. ope geminationis, efficere vult: *aut aerea*, *aurea*, *aut argentea*. Sed vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 66. *in not.* *p.* 64. et Trotz. *loc. cit.* *p.* 173. *in fin. et seq.*

L. XXXIX.

Quae ex his tradita utendi caussa uxori viro *fuissent:*] D. Goth. *in not.* „Al. *a viro.*" Ita Rob. Steph. (1).

(1) Imo omnes *a viro* habere, et videri *a* excidisse, notat Brencm. *h.*

§. 1.

Quod domo *meae erit*, etc.] D. Goth. *in not.* „Al. *domi.*" Sic Rob. Steph. (1).

Nec quod commodatum] Ab alio ipsi. (2).

(1) Etiam Hal. et sic quoque in seqq. verbis.
(2) Add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 28. §. 18. *seqq.* et E. G. Lagemans, *Diss. de A. Cascellio JCto*, *p.* 80. *seqq.* ubi et refutavit D Gothofredum, in seqq. verbis pro *si praesentis custodiae caussa, non perpetuae, veluti thesauro*, etc. legentem: *si perpetuae, veluti thesauro, non si praesentis custodiae caussa*, etc. Egit de hoc §. etiam Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* XI. §. 4. *p.* 415. — Ad seq. §. 2. vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 185. *seq.*

L. XL.

Respondit, quod habuisset argentum etc. *cum testamentum faciebat*, etc.] Vid. *L.* 7. *h. t.* (1).

(1) Add. de hac Lege Const. Land. *Praetermiss.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1459. *seq.*

§. 2.

Eodem testamento ita scripserat, etc.] Aliud foret, si alio actu inutili ademtio posset argui. *L.* 2. §. 1. *de instr. vel instr. leg.* *L.* 24. §. 1. *de adim. Legat.* Chess. *Differ. Jur. Cap.* 3. *num.* 19. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 623.] (1).

Re-

Respondit, non ad heredes, sed ad Legatarium pertinere.] Cui universa voluerat haec cedere, nihil heredi: neque hoc debet nunc impediri dispositione inepta. Chesi. *loc. laud.* Facit huc *L.* 17. *de option. legat. L.* 160. *de verb. sign.* add. *Cons. JCtor. Batav.* VI. 163.

(1) Sequitur: *quae corpori jussus erat adjici.* Hal. *adjicere.* Vid. Brencm *h.* qui mavult: *jussum erat adici.* Malam versionem dicit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 292. Flor. *adici:* de qua scriptura vid. notata superius ad *L.* 1. *de Senatorib. not.* 1. et *ibid.* in *addend. p.* 615.

TITULUS III.

DE LIBERATIONE LEGATA.

L. I.

§. I.

Sic autem loquitur Julianus, etc.] Et recte. Vid. Bachov. *de Pignorib.* V. 9. ubi refutat Fabrum, qui *Conject.* XVII. 10. *num.* 10. in alia abit. (1).

Quasi debitum non debeat lucrari. (2).] Facit huc *L.* 2. §. *ult. de Legat.* 3°. junct. *L.* 1. §. 6. *eod.*

Sed si alia testantis voluntas etc.] Triboniano haec adscribit Faber, *d. loc.* male.

(1) Add. Amaja, *Obs. Jur.* II. 14. *num.* 7. *seqq.*
(2) Malam versionem hic etiam olet Jens. *Strict. ad Pand. p.* 292. *seq.* — In seq. *L.* 2. §. 1. pro *Idem Cassius ait, nullam dubitationem* etc. van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 32. *p.* 165. ope geminationis, legit: *ait, id nullam* etc.

L. III.

L. III.

§. 2.

Julianus etiam Libro XL. *Digestorum* etc.] *Lib.* LX. Cujac. *ad L.* 2. *et* 3. *de pactis*, per *L.* 18. §. 2. *de m. c. donat.*

§. 3.

Sed pacto liberabor.] Vid. sequentia, et *L.* 5. *h. t.*

Sed quid, si socii fuimus: etc.] Vid. Vinn. *de pact. Cap.* 16. *num.* 5. et Noodt. *de Pact. et Transact. Cap. ult.*

§. 4.

Si et ejus contemplatione liberatio relicta esset.] Add. *L.* 28. §. 11. *h. t.* Hoc non fit *L.* 12. *in fin. de inoffic. test.*

§. 5.

Utrique autem Legatarii etc.] Vid. Cujac. *ad L.* 49. *de Legat.* 1°.

L. IV.

Quid ergo est, cum agere poterit *creditor* etc.] D. Goth. *in not.* „Al. *possit.* Al. *coeperit.*" Posterius, Rob. Steph.

Quam si caveatur ei adversus debitorem *defensu* (1) *iri.*] Cui etiam est legatum. Vid. *L. praec. in fin.* Facit huc *L.* 11. §. 21. *de Legat.* 3°.

(1) Hal. *defensum.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 11. *cit.*

L. V.

Pacto est reus liberandus.] Vid. *L.* 3. §. 3. *h. t.*

§. 1.

Pacto erit fidejussor liberandus:] Per *acceptilationem* enim

enim et ipse reus liberaretur. *L.* 9. *in fin. quod met. causs.*

§. 2.

Attamen loco esse conditionalis debitoris, etc.] Facit huc *L.* 27. *h. t.* (1).

(1) Add. de hoc §. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 6.

L. VI.

Post emancipationem vero filii eatenus pater actionem *habebit*, etc.] *Ex testamento.*

L. VII.

§. 3.

Eumque ex testamento acturum, etc.] Facit huc *L.* 3. *in fin.* et *L.* 4. *h. t.* (1).

(1) In praec. §. 2. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 294. pro *sed si debitorem*, legit: *sed et si debitorem.* Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 5.

Si pupillus a debitore exegerit.] Facit huc *L.* 21. §. 2. *h. t.*

L. VIII.

§. 3.

Eo quod ab eo exigere debitum tentavit, etc.] Et plus petendo caussa sit amissa.

§. 4.

Si verba liberationis in rem *sint collata*, etc.] Ut, *quod debetur, ne petatur.*

§. 6.

Non videtur obligatio ei praelegata, quae dolo, vel ex

ex (1) *fraude ejus*, etc.] Vid. *L. seq.* add. Cyriac. *Controv.* 73. *num.* 9. et Mantic. *de Conject. ultim. Volunt.* IX. 8. *num.* 29.

Ideo, si heres negotiorum gestorum egisset, etc.] Ob dolum.

(1) Vulgo *ex* abest. Vid. Brencm. *h.*

L. IX.

Si quis rationes exigere vetetur,] Gestionis futurae. Merend. *Controv. Jur.* VIII. 10. *num.* 18.

Non impeditur reliquas exigere,] Vid. Cujac. *Consult.* XXV. *p.* 371. in fin. *Consil. JCtor. Batav.* I. 21. Fab. *Cod.* VI. 18. *Def.* 9. et 18.

Quas quis se reliquavit,] D. Goth. *in not.* „*quas quis ipse reliquavit*, Hal." Sic et Leonin. *Emend.* IV. 19. *num.* 7. *quas quis reliquavit*, Rob. Steph. (1).

Et si quid dolo fecit, etc.] Vid. §. 6. *L. praec.*

(1) Vid. de varia hujus loci lectione Brencm. *h.*, cui lectio Haloandri valde speciosa videtur: putat tamen commode etiam scribi posse: *queis*, id est, quibus, *quis se reliquavit*. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 3. *p.* 220. De verbo *reliquare* vid. notata superius ad *L.* 46. *pr. de adm. et peric. tut.* add. Bilderdyk. *Obs.* II. 25. *p.* 163. *seqq.* ubi de hac Lege. — Ad seq. *L.* 11. quaedam observavit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 294.

L. XVI.

Paulus Lib. IX. *ad Plautium.*] Junge *L.* 89. *de verb. oblig.*

Quia nihil interesset, peteretur, etc.] D. Goth. *in not.* „Al. *peteret*." Sic et Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XIX.

Cum ita testemur: heres meus etc.] Exemplum in Testamento Theophrasti, apud Diog. Laërt. V. 56.

Damnatur heres, nec creditas etc.] *Damnatus heres nec creditas* etc. Rob. Steph. et sic Accurs. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* — Ad seq. *L.* 20. vid. Caes. Costa, *Var. ambig. Jur.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1168. *seq.* De verbo *molestare* vid. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 58. *p.* 296.

L. XXI.

Terentius Clemens Lib. XII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 29. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 234.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 389. *et* 393. *seq.*

Extinguitur Legatum.] Vid. tamen *L.* 11. §. 13. *de Legat.* 3[io].

§. 2.

Neque ei, ad quem hoc commodum pervenit,] Fiscum, vel aerarium, intelligit Heinecc. *loc. modo cit. p.* 394. (1).

(1) Ad seq. *L.* 23. vid. Bilderdyk. *Obs.* II. 25. *p.* *p.* 169. *seq.*

L. XXIV.

Cum heres rogatur debitorem suum *liberare,*] Ergo heredis.

Itaque si quid ante tabulas apertas fuerit solutum, etc.] Nondum cognita voluntate. Hoc loco ad jus vetus respici, putat Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1189.] quod tamen non opus dici (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 22.

L. XXV.

Sed poterit hoc dici, etc.] *Sed non poterit* etc. Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* (1).

Vel Stichum, quem debet, heres meus damnas esto non petere.] Haec delet Ant. Fab. *Conject.* V. 2. quem non probo, nec Bynkersh. *Obs.* VI. 25. *num.* 7. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 2. verba seqq. *quod si sic dixit* transponit, legens: *quod si sic dixit, Stichum, quem debet, heres meus damnas esto non petere, vel heres meus centum aureos*, etc. quod etiam non probo (2).

Cum dandi verbum ad debitum etc.] Remittendum.

Idque et D. Pius rescripsit, certa pecunia dotis acceptae nomine legata.] Add. Fab. *Cod.* VI. 18. *Def.* 17.

(1) Sic etiam Pothier. *h. t. num.* 28. Aliter Voet. *ad h. t. Pand. num.* 2. qui, in praecedentibus verbis, pro *quod si nihil debeat, poterit dici* etc. legit: *non poterit dici* etc. Voetio obloquitur Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 295. *seqq.* ubi late de hac Lege egit. Nic. a Salis, *non potest dici*, vel interrogative, *num potest dici?* et mox: *non poterit*, vel *nec poterit.* Sed vid. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 221. qui posteriore loco interrogative legendum putat.

(2) Vid. de hac Lege Averan. *Interpr. Jur.* V. 22. et qui Dissertationem ad eam conscripsit Phil. Leonard. a Westrenen, in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 331. *seqq.*

L. XXVII.

Nisi propter spem futuri peculii:] Vid. *L.* 5. §. 2. *h. t.*

L. XXVIII.

§. 1.

Et *quaeque scripta sunt,*] *Ut quaeque* etc. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. *p.* 29. (1).

(1) Nihil mutat Waechtler. *Opusc.* *p.* 486. add. Idem, *ibid.* *p.* 452.

§. 2.

Non esse posterius credendum legatum.] Add. *L. ul. in fin. h. t.*

§. 3.

Quaero, haec verba quatenus accipi debent,] *Debeant*, Rob. Steph. (1).

Praesumtio enim propter naturalem affectum etc.] Forte haec sunt nota Claudii (2).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Conf. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* I. 1. *p.* 9. et add. de hoc §. Bilderdyk. *Obs.* II. 25. *p.* 173. *seq.*

§. 4.

Respondit, nihil proponi, cur pecunia, quae, pupillae est, etc. *legata videretur.*] Obstat *L. ult.* §. 2. *h. t.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Praecedit: *rationem tutelae, quam egit* Julianus *Paulus* etc. D. Goth. *in not.* „Al. *Julius.*" Ita ipse Taurellius in margine, et Hal. in textu. Vid. Geb. *h.* add. Otton. *in Papinian. Cap.* 1. §. 6. *p.* 16. *in fin. et seq.* — Ad verba: *donec advivet*, in seq. §. 5., vid. D. Goth. *in not.* add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 17. *in fin.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1290. Vulg. *donec vivet.* Vid. Brencm. *h.*

§. 7.

Retineri ergo reliqua possunt etc.] Ab heredibus.

Aut ex eo deduci, si legatum est.] D. Goth. *in not.* „*quod sibi legatum est.*" Ita Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Charond. in margine. Utrumque posse subsistere, et eandem habere significationem, ait Leonin. *Emend.* VII. 21. *in fin.* Explicuit hunc §. de Retes, *Opusc. Lib.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 213.

§. 11.

§. 11.

Respondit, fratri utiliter esse legatum, etc.] Add. *L.* 3. §. 4. *h. t.*

§. 13.

Respondit, si debita fuisset, etc.] D. Goth. *in not.* „*si debitor fuisset*, Hal." etiam Rob. Steph. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.* qui mavult: *si debita fuissent*. Utrumque probat Scip. Gentil. *de Donat. int. vir. et ux.* I. 20. *Oper. Tom.* IV. *p.* 68. Verbum *jubeo* interdum esse precarium, ut hic, observat. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 21. *not.* 1. Vid. tamen et Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de vulg. et pup. subst. p.* 272.

L. XXIX.

Paulus Lib. VI. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [*Cap.* 33. *in not.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 239.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 426. *seq.* (1).

(1) Hanc etiam Legem ex Graecis expressam, censet Jens. *Strict. ad Pand. p.* 305. *seq.* — Ad seq. *L.* 30. vid. Zepernick. *Syllog. Opusc. de Judic. Centumv.* adj. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 258. *seq.*

L. XXXI.

Et ait, item *testatorem* etc.] Cujac. *Obs.* XXVI. 30. putat, scriptum fuisse *em* (1).

(1) Idque significare *en*, vel *ecce*. Apud Hal. et Vulg. *item* abest. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Item reliquas,] *Reliqua*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. add. Bilderdyk. *Obs.* II. 25. *p.* 174. *seq.*

§. 2.

Titia, quae duos tutores habuerat, etc.] Est idem omnino casus, qui in *L.* 28. §. 4. *h. t.* (1) quod saepe factum.

Respondit, nihil proponi, cur non *pecunia, quae pupillae esset*, etc. *legata videretur.*] *Non* debet abesse, ut a multis libris abfuit tempore Accursii, qui id ait abundare. Delet etiam Cujac. *Obs.* XXVI. 30. (2). Pro *pupillae* Al. *puellae* (3).

(1) Imo diversas esse harum Legum species, adeoque nihil hic pugnae esse, docuit Jo. Conr. Rucker. *Interpr.* II. 8. Vulgatam lectionem etiam retinet Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 4. rem tamen aliter explicat. Nihil mutandum censet quoque Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non adm. p.* 115. *seq.* etiam Bilderdyk. *Obs.* II. 25. *et* 26. qui nova rursus ratione has Leges conciliare conatur.

(2) Etiam Jauch. *de Negat. Pand. p.* 192. *et p.* 308. *seq.* quo posteriore tamen loco laboranti Scaevolae alio modo subvenire conatur vulgata lectione retenta. Negationem delet quoque Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14. Otto, *in Papinian. Cap.* XI. §. 5. *p.* 323. Pothier. *h. t. num.* 25. Etiam Rygerbos, *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 23. putans tamen, hoc vitium non Librariorum, sed ipsius Scaevolae, vel Compilatorum culpae dandum esse. Duirsema, *Conject. Jur. Civ.* I. 3. pro *legata* legit: *negata*, et refutat Bachovium, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 4. *Lit. i. et k.* Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 3. *p* 220. pro *cur non* legit: *quo modo*. Puttman. *Melet. Jur. Civ. Cap.* 4. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 155 *seqq.* rejicit tam emendationem Cannegieteri, quam interpretationem Ruckeri, et vel adsentiendum putat Auctori *Obs. Jur. Civ.*, vel legendum: *nihil proponi, cur non? pecuniaque, quae pupillae esset*, etc. Aliter rursus J. B. Koehler. *Interpr. et emend* I 3. qui putat, Scaevolam simpliciter scripsisse: *respondit*,

dit, vel potius *respondi*, *nihil proponi*, *cur non*; reliqua autem censet vel a Librario ex praec. *L.* 28. repetita esse, vel margini olim a studioso aliquo fuisse adscripta, et dein in contextum irrepsisse.

(3) Ita Hal. Vid. Geb. *h.*

§. 5.

Respondit, id duntaxat legatum videri, quod tunc debuisset; etc.] Vid. *L.* 28. §. 2. *h. t.* Quaedam addi vult Cujacius, *Obs.* XXVI. 30.

TITULUS IV.

DE ADIMENDIS VEL TRANSFERENDIS LEGATIS VEL FIDEICOMMISSIS.

L. I.

Qui actu legato iter *adimat* (1), etc.] Ut jus distinctum. Facit huc *L.* 3. §. 6. *h. t.* *L.* 11. §. 6. *de exc. rei judic.*

Quia nunquam actus sine itinere *esse potest.*] Id est, ut quis iter faciat. add. Zach. Huber. *Diss. Jurid. et Philolog. Part.* II. *p.* 328. (2).

(1) *Adimit*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

(2) Add. et Voet. *ad Tit. Pand. de servit. praed. rustic. num.* 2.

L. III.

Si Titius decesserit, Sejo *heres meus* etc.] D. Goth. *in not.* „ Al. *Sempronio.*" quod sequentia probant. Vid. Crusium, *Diatrib. ad L.* 40. *de hered. instit. Cap.* 8. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 672. *b.*] (1) Carpit hoc Bynkersh. *Obs.* I. 22.

(1) Add. Grotium, *in Flor. sparsion. p.* 211. et Pothier. *h. t. num.* 30.

§. 1.

Aut, si Titius ante decesserit, quam accipiat, etc.] Ergo opus facto.

Sempronio repellendo:] Forte e glossemate.

§. 2.

Utpote re ipsa mora subsecuta.] Vid. Fab. de Errorib. Pragm. Dec. 31. *error.* 1. *num.* 24. (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 37. et vid. de hoc §. Averan. *Interpr. Jur.* V. 8. *num.* 6. *seqq.*

§. 3.

Sed et cum quis ita legasset: heres meus etc.] Add. *L.* 10. §. 1. *h. t.*

Dato] Hoc verbum non tam factum respicit, quam jus: ideoque satis est, quod id semel effectum habuit. Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 16. [in *Jurispr. Rom. et Attic.* *Tom.* II. *p.* 661. *seq.*].

§. 4.

Heres igitur debebit, doli exceptione posita (1), *prospicere sibi cautione* etc.] Vid. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* III. *Cap.* 1. *num.* 9, add. Merend. *Controv. Jur.* IV. 21.

(1) Vulg. *opposita.* Vid. Brencm. *h.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 30. *de reivind.* et Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *ponere, num.* 10.

§. 6.

Non valet ademtio, ne vitiatur legatum:] *Nec,* Rob. Steph. (1).

(1)

(1) Imo omnes scripti et editi. Vid. Brencm. *h.* Frequens est vocum *ne* et *nec* in antiquis Codicibus permutatio. Vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *naut. caup. stab. not.* 1.

§. 7.

Si duobus Titiis separatim *legaverit*, etc.] Sub propria demonstratione, ut gloss., et haec in adimendo erat exprimenda. Non idem *L.* 10. *vs. sed et. de reb. dub.* (1) Ches. *Differ. Jur. Cap.* 1. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 613. *seq.*]

Quemadmodum et in dando, si non appareat, cui datum sit, dicemus neutri legatum.] Vid. *L.* 21. §. 1. *qui test. fac. poss. L.* 42. *L.* 62. §. 1. *de hered. instit.* Facit huc Quinctil. *Instit. Orator.* VII, 9.

(1) Ad qnam vid. notata.

§. 11.

Et si quidem capitales, vel gravissimae inimicitiae intercesserint,] Nec refert, cujus culpa. Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 232. *seq.*] (1).

Ademtum videri.] Non vero fisco cedere, modo vivo testatore res facta sit: secus, si post mortem in eum quid sit admissum. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 10. *num.* 4.

Secundum haec et in Legato tractamus, doli exceptione opposita.] Vid. *L.* 4. §. 10. *de dol. mal. et met. exc.*

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 17.

L. IV.

Ambulatoria enim est voluntas defuncti etc.] In dispositionibus: non idem in aliis enunciationibus. Vid. Mornac. *ad L.* 13. *Cod. de non num. pec.*

L. V.

Quae res in personam (1) *Titii tacitam ademtionem*

continet.] Non femper; fed fic poteſt fieri. Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 4. [*Oper. Tom.* I. *p.* 203. *seq.*] Non obſtat *L.* 33. *de Legat.* 1°. (2).

(1) Hal. et Vulg. *perſona.* Brencm. *h.* Sed vid. notata ſuperius, *Tom.* I. *p.* 3.

(2) Neque *L.* 15. *de hered. inſtit.* Vid. Pothier. *h. t. num.* 26. add. notata ſuperius ad *d. l.*

L. VI.

Paulus Lib. V. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 389. *et* 392. (1).

(1) Τὸ *ademtum*, in ſeq. §. 1., non ad Legatarium pertinere; ſed ad Titium, cui demitur onus Legati praeſtandi, monet Jenſ. *Strict. ad Pand. p.* 307.

L. IX.

Pura donatio, conditionalis effecta videbitur.] Facit huc *L.* 87. *et* 89. *de cond. et dem.*

L. X.

Perinde est, ac ſi ſub contraria conditione datum fuiſſet.] Sic et *L.* 13. *in fin. de ſtat. liber.*

§. 1.

Si Titio non dederit, etc.] Vid. *L.* 3. §. 3. *h. t.*

L. XI.

Idem Lib. LIV. *Digestorum.*] Junge *L.* 13. §. 4. *de acceptilation.*

L. XIII.

Ea, quae priori ſcriptura ei relicta fuerant, ademta videri.] Add. *L.* 29. *h. t.* (1).

(1)

(1) Et Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 313.

L. XIV.

Legata inutiliter data ademtione non confirmantur.] Facit huc *L.* 59. *in fin. de manumiss. testam.* (1).

Ademtio autem quo minus, non quo magis Legatum debeatur, intervenit.] Similis ratio *L.* 3. §. 5. *de bon. poss. contra tabb.*

(1) Sequitur: *nam pure legatum*, etc. *Nam quod pure legatum*, etc. legit Jac. Voorda, *Interpr.* III. 17. *p.* 311. Pothier. *h. t. num.* 22. quaedam hic supplet.

§. 1.

Quibus ex caussis datio Legati inutilis est, ex iisdem caussis etiam ademtio inefficax habetur: etc.] Haec in multis pari ambulant passu. *L.* 24. *h. t. L.* 14. *pr. de Jur. Codicill.*

L. XV.

Cum servus legatus a testatore, et alienatus, etc.] Adimendi animo.

Sane si probet Legatarius novam voluntatem etc.] Non obstat *L.* 27. *h. t.*

L. XVIII.

Rem legatam si testator vivus alii donaverit, etc.] Facit huc *L.* 24. §. 1. *h. t.* (1).

Cum nemo in necessitatibus liberalis existat (2).] Facit huc Salvian. *de Gubernat. Dei, Lib.* VI. *in fin.*

(1) Add. Jo. van Nispen, *Diss. ad Modestin. Libb. Differ. Cap.* 9. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 86.

(2) Graeci haec vertunt: ἐπειδὴ οὐδεὶς ἑκὼν δωρεῖται, *nam*

quam invitus nemo donat. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 11.

L. XX.

Nec illi tamen debebitur, cui fuerit ademtum.] Vid. *L.* 34. *de Legat.* 1°. etsi enim datio non valet, ademtio tamen valere potest. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 3. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 620.] Facit huc *L.* 24. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Majanf. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 239. *seq.*

L. XXII.

Papinianus Lib. VI. *Responsorum.*] Junge *L.* 36. §. 3. *de testam. milit.* et vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.*

Hereditariae quidem actiones ei non denegabuntur.] Has quando movet, jam ipso jure heres est; et quis ergo eum repellet? Chef. *loc. modo laud. Cap.* 34. *num.* 6. [*p.* 723.] (1).

Sed Legatum si petat, exceptione doli mali submovebitur.] Vid. Joh. Fab. *ad L. Sancimus. Cod. de testam.* et Mornac. *ad L.* 32. §. 2. *de donat. int. vir. et ux.* Aliter non corruunt Legata testamento posteriore coepto et non perfecto. *L.* 18. *de Legat.* 1°. Chef. *d. loc. Cap.* 33. in fin. [*p.* 722.]

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 5.

L. XXIII.

Et coheredes sorori fideicommissum praestabunt.] Facit huc *L.* 11. §. 13. *in fin. de Legat.* 3°.

Non enim absumtum videtur, etc.] Add. Cyriac. *Controv.* 118. *num.* 4. *seqq.*

L. XXIV.

L. XXIV.

§. 1.

Sed etsi non valeat donatio, tamen minuisse filiae Legatum etc.] Facit huc *L.* 20. *h. t.* Vid. ad *L.* 37. *de Legat.* 2do. et *L.* 3. §. 1. *de instr. vel instr. leg.* (1).

(1) Ad *pr. h. l.* vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 4. qui pro *repetita conditio non videbitur*, ope geminationis, legit: *repetita conditio Titio non videbitur.*

L. XXV.

Non esse praestandas actiones coheredi,] Testator enim voluit eos exaequatos. add. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* (1).

(1) Et Pothier. *h. t. num.* 12.

L. XXVI.

Si servo cum libertate dato legato, et alienato, adimatur libertas: etc.] Vid. de hac Lege Langebek. *Annotat. Cap.* 32. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 570. *seq.*] et Ches. *Differ. Jur. Cap.* 2. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 615. *seqq.*]

§. 1.

Sed supervacua scriptura non nocet Legato.] Non hic ademtio Legati tacita, ut in *L.* 20. *h. t.*

L. XXVII.

Quia et Legatum potest procedere, si redimatur.] Juxta *L.* 15. *h. t.* (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 18.

§. 1.

§. 1.

Si legatum adimatur,] Servi jam manumissi.

Igitur Legatum, *quod* ipsi *datum est*,] Servo.

Non tamen Legatum ejus resuscitabitur:] D. Goth. *in not.* „ Imo, resuscitabitur. *L.* 79 *in fin. de Legat.* 3°." Aliud ibi Celsus sensit, ab aliis improbatus. *L.* 98. *in fin. de solution.*

Novus enim videtur homo esse.] Vid. Ches. *loc. modo laud. Cap.* 2. *num.* 17. ubi *num.* 18. de casu, quo servus, cui data libertas, heres institutus post alienatus est (1).

(1) Ad seq. *L.* 28. vid. P. Fiers Smeding, *Diss. de Salvio Aburnio Valente*, *p.* 80. *seqq.*

L. XXX.

Et vestiarii nomine denarios centenos vicenos quinos,] Annuos scil. add. *L.* 28. *pr. tit. praec.* (1).

(1) Ad seq. §. 1. verba: σύγκτησιν τὴν περὶ κολώνην, vid Ferand. Adduens. *Explication.* I. 32. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 540. et Bynkersh. *Obs.* VI. 9. — Ad §. 2. vid. Trotz. *Memor. Propag.* I. 6. §. 2. *p.* 341. *seq.* et ad seq. §. 3. verba: τὰ δὲ λοιπὰ etc. vid. Ferand. Adduens. *d. loc. Cap.* 39. *p.* 546.

L. XXXI.

§. 1.

Respondi, nihil proponi, cur ad matrem pertinerent (1).] Contra *L.* 17. *pr. L.* 60. *de Legat.* 2do. *L.* 10. §. 1. *de his quae ut indign.* Volunt quidam, matrem hic electam tantum ut exsecutricem, ut *d. L.* 17. et §. 2. *h. l.* quo tendit magis Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 4. *Lit. f. p.* 793. *seq.* et Suerin. *Repet. Lect. Cap.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 21. *seqq.*] (2). At Scip. Gen-

Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 10. [*Oper. Tomo* I. *p.* 236.] ait, Legatum ademtum esse datione fideicommissi. Probabilis mihi videtur emendatio Fabri, *Conject.* III. 18. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 66. *error.* 8. legentis: *non pertinerent* (3). Aliter Ches. *Differ. Jur. Cap.* 82 *et* 83. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 859. *seqq.*] (4).

(1) Ita Hal. et Vulg. probante Brenem. *h.* Flor. *pertineret.*

(2) Huc etiam redit sententia Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 1.

(3) Sic etiam Voet. *ad h. t. Pand.* §. *ult.* item Wissenbach. *in Disp. ad eund. Tit.* §. 16. qui tamen nec damnat Bachovii opinionem. Pari modo Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 406. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 19. *p.* 342. pro *cur* legit: *quin.* Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 17 *p.* 112. mavult: *cur haud ad matrem* etc. putans *haud* excidisse propter sequens *ad.*

(4) Aliter etiam Cujacius, *Obs* XXII. 1. qui distinguit, utrum fideicommissum fideicommissario a testatore sit ademtum, an vero effici nequeat v. gr. propter mortem fideicommissarii ante testatorem. Pari modo Theod. Jo. Alex. Pagenstecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non adm. Cap.* 3. *p.* 115. Sed neque haec distinctio videtur sufficere: cardo enim quaestionis in eo vertitur, an ejusmodi fideicommisso puro insit ademtio legati, et parum refert, ob quam caussam fideicommissum dein deficiat. Fortasse melius distinguitur, utrum Legatarius eodem testamento, vel iisdem codicillis rogatus sit rem legatam restituere, an vero rogatus hoc sit ex intervallo: quia, ut Legatum censeri possit ademtum, aliquis tractus temporis inter dationem et ademtionem videtur necessarius.

§. 2.

Seja testamento suo legavit etc.] *Legavit Titio*, Rob. Steph. et ed. 1548 (1) recte.

Patrem Titii scelere Sejae non interceptum.] D. Goth.

in

in not. „Al. *interemtum* (2).” Optime Flor. Sic Tacit. *Annal.* II. 71. *et* 82. et III. 12.

(1) *Titio* etiam inserunt Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Aliter Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 90. qui in seqq. verbis pro *Titius* legit: *Titio is*, et ita locum interpungit: *legavit auri pondo quinque Titio. Is accusavit* etc.
(2) Sic Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XXXII.

Et scriptura difficilior fit, et (1) *obscura portio.*] Si scil. summam detrahas.

(1) Hal. et Al. *et ob id obscura portio.* Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 5. qui, ope geminationis, legi mavult: *et scriptura difficilior fit ob id, obscura et portio.*

§. 1.

Cum libertas adimitur, legata servis relicta nihil attinet adimi.] Vid. *L.* 26. *h. t.*

TITULUS V.

DE REBUS DUBIIS.

Ad singulas hujus Tituli Leges commentatus est Cujacius [*Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 1516. *seqq.*] et Donellus [*in Comm. Jur. Civ. Lib.* VIII.] (1).

(1) Ad inscriptionem h. t. quaedam notavit Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* III. 48. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 790. add. Maran. in Paratitl. *ad h. t. Pand.*

L. I.

Fundum Maevianum aut Sejanum etc.] De hac Lege

Con-

Constantin. *Subtil. Enodat.* I. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 499. *seq.*] sed quem non sequor.

Cum universa possessio plurium praediorum etc.] Facit huc *L.* 24. §. *pen. de Legat.* 1°. *L.* 60. *de verb. sign.*

Respondit, non *videri cetera praedia* etc.] D. Goth. *in not.* „Negationem hic delendam censet Hotoman *Obs.* I. 3." Male. add. Cujac. *Obs.* VIII. 25. et *ad h. l.* et Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 5. *Lit. a.* *p.* 809. *seq.* (1).

Si fundi Sejani pretium etc.] Male hinc regula fit, quod alternativa debent esse non disparia. Vid. Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 23. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 481.]

(1) Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 26. — In seq. *L.* 2. vocem *civitatis* ex sequenti *civitatis* ortam esse, censet Brencm. *h.*

L. III.

In ambiguo sermone etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* VI. 26. et XI. 40. *num.* 6. (1).

(1) Add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 101. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1208. *seq.*

Idem Lib. XIX. *Responsorum.* etc.] Abest a Flor. male. Merill. *Obs.* VIII. 5. Sed rejicit Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1496.] (1).

Sine dubio et certis et incertis personis dari debere, etc.] Nec enim sunt Legatarii aut fideicommissarii. *L.* 8. *si quis omiss. causs. test. L.* 31. *pr. de m. c. donat.* Cujacius, *ad h. l.* putat hic intelligi, quod de statulibero dicitur *L.* 8. 21. 34. *de stat. lib.* quod tamen nimis speciale.

(1) Quocum facit Brenckm. *h.*

L. IV.

Cum nomen fideicommissarii testamento adscriptum non sit,] De omisso nomine gravati Merend. *Contr. Jur.* XII. 42. *num.* 11. *seqq.*

Indubitatum est.] Add. *L.* 18. *de us. et usufr. leg.* Sand. *Decision.* IV. 4. *Def.* 1. Merend. *loc. laud. num.* 8. *seqq.* D. Goth. *in not.* „Id hodie correctum videtur, *L.* 1. *Cod. de inc. person.*" Non est: hic enim ne quidem est persona incerta.

L. V.

Sive quis alius restitutionem mihi impetraverit etc.] Ex amicis aliis.

§. 1.

Vel alieno,] Adjectum a Triboniano. Jan. a Costa, *ad* §. 28. *Inst. de Legat.* (1) quod et in mentem venit Cujac. *ad h. l.* Aliter Merend. *Controv. Jur.* XV. 1. non bene.

(1) Etiam Pothier. *Tit. de Legat. et Fideic. num.* 424.

L. VI.

Vel ex parte te, et ex parte (1) *postumum* etc.] De iis, quae postumis relinquuntur, Cujac. *ad h. l.* et Herbaj. *Rer. Quotidian. p.* 236.

(1) *Te et ex parte* apud Hal. absunt. Vid. Geb. *h.*

L. VII.

Utrum ita postumus partem faciat, etc.] Vid. ad *L.* 16. *in fin. de Legat.* 1°.

§. 1.

§. 1.

Uni ex coheredibus, cui ipse vellet,] Add. *L.* 67. *de Legat.* 2do, quod differt a formula: *cui ex heredibus vellet.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 54. *error.* 2.

Solius *distribuendi liberum arbitrium concedit* (1).] *Solum* legit Fab. *d. loc. Dec.* 53. *error.* 5. ego nihil muto.

(1) Ita Taurell., sed Flor. est: *concedat.* Vid. Brenem. *h.*

§. 2.

Quaesitum est, etc.] Illo non eligente, vel si omnibus restituendum sit.

Etiam fideicommissum pro hereditariis partibus eis restitui debere.] Quod et fiet, si nihil appareat. Cujac. *ad h. l.*

L. VIII.

Paulus Lib. II. *Sententiarum.*] Ubi de his donationibus egit.

Magis placuit, valere donationem: etc.] Vid. *L.* 32. §. 14. *de donat. int. vir. et uxor.* (1) et Covarruv. *Var. Resol.* II. 7.

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 23. §. 5. *not.* 14. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 31. *num. ult.*

L. IX.

Dixi, si ordine (1) vita decessissent, priori mortuo frater ab intestato heres erit, etc.] Sed quo modo hereditatem adquiret et transmittet, in primis si mors ejus brevi sit insecuta? Nec nodum hunc satis solvit Chesius, *Differ. Jur. Cap.* 17. *num.* 7. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 665. *seq.*] Sed vid. Cujac. *Not. prior. ad* §. 2. *Inst. de hered. qual. et differ.* (2) add. *L.* 2. §. 4. *L.* 10. §. 1. *de vulg. et pup. subst.*

Utrum *quia cum neutri frater superstes fuit*, etc] *Utrum* abest a Flor. *Quaeritur cum neuter* etc. Rob. Steph. (3).

Quasi utrique ultimi decessisse sibi *videantur*?] *Sibi* abest apud Rob. Steph. (4). Videntur autem hic excidisse quaedam, v. gr. *utrique succedat*, vel *utrique heres sit*.

Quia comparatio posterioris decedentis ex facto (5) *prioris mortui* sumatur, quaeritur?] *Sumitur*, Rob. Steph. et Flor. *Quaeritur* abest Flor. et apud Rob. Steph. (6).

(1) *Ex ordine*, Hal.

(2) Et qui latius haec explicuerunt Averan. *Interpr. Jur.* V. 31. *num.* 3. *seqq.* et Ed. Amisfort. van Voorst. *Diss. Jur. quod oritur ex commorientibus*, *Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 371. *seqq.* Egit etiam de hac Lege Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* *Lib.* VII. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 365. *seqq.* Sequitur: *in ea tamen hereditate* etc. Ita JCtum bis idem dicere, notat Noodt. *Probab.* III. 10. Vid. tamen Waechtler. *Opusc.* *p.* 330. et van Voorst. *d. Diss. p.* 370.

(3) Hal. *utrum quia neuter frater* etc. Vid. Brencm. *h.* qui mavult: *quia cum neutri frater superstes fuit*, *an quasi* etc. D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 11. *p.* 298. legit: *utri? quia cum neutri* etc. *ibi videantur. An vero neutri?* J. G. C. Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. serv. am. Sect.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 303. *in not.* cum D'Arnaudtio pro *sibi* legit: *ibi*, sed pro *quia* scriptum fuisse putat: *Q. an*, id est, *quaeritur*, *an*, indeque Librarios fecisse: *quia*, ut integer locus sit: *in proposita autem quaestione, ubi simul perierunt, quaeritur, an, cum neutri frater superstes fuit, quasi utrique ultimi decessisse ibi videantur? an vero neutri, quia* etc. Etiam van Voorst. *laud. diss. p.* 371. pro *sibi* legendum putat *ibi*, aut alioquin illud delendum tanquam natum ex praecedente *se* et sequente *vi* in *videantur*.

(4) Etiam apud Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(5) *Fato* legit Forner. *Rer. Quotid.* VI. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 289. etiam Herald. *Obs. ad Jus Attic. et Rom.* I. 1. *num.* 10. et Duirsema, *Conject.* II. 4. *p.* 212. *seqq.* ubi de hac Lege. Vid. tamen Marckart. *Interpr. rec. Lect.* II. 8. *p.* 228. et van Voorst. *laud. Diss. p.* 370.
(6) Sed Hal. habet: *sumatur, quaeritur.* Vid. Geb. *h.*

§. 1.

Agnati vero patris, quasi filius ante] Hexameter. Vid. D. Goth. *in not.* (1).

D. Hadrianus credidit, patrem prius mortuum.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 17. *Def.* 10. (2).

(1) Observavit hoc etiam Scip. Gentil. *Parerg.* II. 31. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1350. add. notata superius ad *L.* 28. §. 3. *de judic.* et *ibid. in Addend.* *p.* 600.
(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 21. Charondas, *Verisim.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 733. distinguit, utrum in bello perierint, an ruina, vel naufragio. Sed vid. van Voorst. *Diss. laud. Cap.* 2. *p.* 362.

§. 2.

Si non probatur supervixisse patri filius:] Quod et uno teste fieri posse, volunt. Vid. Carpzov. *loc. modo cit. Def.* 15.

§. 3.

Stipulatio de dote etc. habebit locum, etc.] Vid. *L.* 32. §. 1. *de religios.* (1).

Si non probatur illa superstes viro fuisse.] Hinc non sequitur, illam praesumi prius mortuam. Covarruv. *Var. Res.* II. 7. Aliter Carpzov. *d. loc. Def.* 12. Vid. quaestiones varias apud Mev. *ad Jus Lubec.* II. 2. *Art.* 12. *num.* 344. *seqq.*

(1) De hoc §. van Voorst. *Diss. laud. Cap.* 1. *p.* 357. *seqq.*

§. 4.

Quod si impubes cum patre filius perierit, creditur pater supervixisse, etc.] Vid. Carpzov. *d. loc. Def.* XI.

L. X.

Mox (1) Sempronio *ademtum sit*,] Hoc nomine plures hic designantur, et Singularis pro Plurali saepe sumitur. Vid. *L.* 98. *de Legat.* 3°. *L.* 43. *L.* 44. *de Legat.* 2do, *L.* 1. §. 4. *quod falso tutor. auctor. L.* 16. §. 1, *de testam. tutel. L.* 17. §. 1. *de Legat.* 1°. *L.* 158. *de verb. sign.* Ches. *Differ. Jur. Cap.* 1. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 614. *seq.*] Alii ajunt, hos in dando conjunctos, tales etiam intelligi in adimendo, Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de adim. vel transfer. Legat.* §. 18. Merillius, *Obs.* IV. 17. putat agi de pluribus incertis, cum adhuc plures sunt ejus nominis. Primam explicationem praefero. Bynkershoek. *Obs.* II. 15. exponit, ut tunc valeat ademtio, quando fit utrique: commode (2). Cum Chesio ferme facit Leonin. *Emendat.* IV. 11. qui rejicit P. Fabrum, qui in seqq. legit: *ademtionem autem in utrumque non valere.*

Et verius est, in his omnibus etiam Legata et libertates impediri:] Nisi aliud probetur. *L.* 33. §. 1. *de cond. et dem. L.* 8. §. 3. *de Legat.* 2do. *L.* 16. *ut Legat. seu fideic. causs. cav.*

Ademtionem *autem in utrumque valere.*] D. Goth. *in not.* „Al. *ademtione.* etc." Non probo (3).

(1) De priore hujus Legis parte vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 31. §. 10.

(2) Sed Ulpianum ita solvere quaestionem, quae nulla est, observat Averan. *Interpr. Jur.* IV. 13. §. 14. qui praec. §. 11. *et seqq.* cum aliis *Legem* 3. §. 7. *de*

de adim. vel transf. leg. intelligit de duobus, quibus separatim erat legatum, et hanc *L.* 10. de Legato facto conjunctim. Aliter Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 12. qui in *d. L.* 3. §. 7. pro *utrique Legatum debetur* legit: *neutri Legatum debetur*, idque in contextum recepit. Novissime de his Legibus actum in von Savigny's *Zeitschrift fur geschichtl. Rechtwissenschaft*, 1. *B.* 1. *H. p.* 96. *seqq.* et 2. *B.* 2. *H. p.* 283. nec non *im Archiv fur die Civilist. praxis* von von Löhr, etc. 1. *B.* 3. *H. p.* 457. *seqq.* et *p.* 466. *seqq.* et 2. *B.* 1. *H. p.* 83. *seqq.*

(3) Nec probat Forner. *Rer. Quotid.* III. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 220.

L. XII.

Quotiens (1) *in actionibus*, etc.] Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 30. (2).

(1) De hac scriptura vid. notata superius ad *L.* 2. §. 33. *de orig. Jur. not.* 1.

(2) Add. Idem, *ibid.* V. 11. ubi late de hac Lege.

L. XIII. (1).

(1) De hujus Legis *pr.* vid. Eckhard. *Herm. jur.* I. 1. §. 30. *in not.* ubi et quaedam de Iuliani *Lib. Sing. de Ambiguitatibus.* add. Sammet. *Opusc. p.* 166. *seqq.*

§. 2.

Si hominem aut *fundum non dederis* etc.] D. Goth. *in not.* „*hominem et fundum*, Hotom.“ Male. (1).

(1) Add. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 308. De hoc et seqq. §§. Guil. Dyemen. *Tract. de Formul. quibusd. copul. et disjunct.* in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 324. *seqq.* add. Meerman. *in Praef. d. Tom. p.* 4.

§. 3.

Utrum ita concipias stipulationem, etc.] Vid. de hoc

5. Cujac. *Obs.* V. 3. et *ad h. l.* add. Lopez. *Animadv. Jur.* *Cap.* 24. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 482. *seq.*] (1).

Si quid eorum factum non erit, quae ut fierent, etc.] Cujacius, *Obs. d. loc.* legit: *si quid eorum factum erit, quae ut non fierent* etc. (2).

Non ideo tamen verum erit,] *Verum non erit*, Jauch. *de Negation.* p. 264. (3).

(1) Et Ant. Govean. *Var. Lect.* II. 22.
(2) Dissentit Jauch. *loc. cit. p.* 198.
(3) Sequitur: *Animadvertendum igitur est, quid sit*, etc. supplet et corrigit hunc locum Langebek. *Annotation. Cap.* 39. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 578. Sed vid. Sammet. *Opusc. p.* 165.

§. 6.

Sed proclivior est sententia testatoris sic esse interpretanda,] *Sed proclivius est, sententiam testatoris sic esse interpretandam*, Rob. Steph. (1). Facit huc *L.* 102. *de cond. et dem.*

(1) Pari modo Hal. Vid. D. Goth. *in not.* et scripti quoque Codices. Vid. Brencm. *h.* qui delet τὸ *esse*, et ita interpungit: *sed proclivior est sententia testatoris; sic interpretanda.* Geb. *ibid. Sed proclivior est sententia testatoris, si sic esset interpretanda.* De verbo *genitur*, in *pr. h.* §., vid. notata superius ad *L.* 17. §. 1. *de Legat.* 1°. Egit de hoc §. etiam Lopez. *Animadv. Cap.* 25. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 484.

L. XIV.

Illis, qui testamentum meum signaverint, etc.] Hi certi sunt tempore testamenti signandi. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 23. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 219.] (1), add. Symmach. *Epist.* X. 55. unde liquet, ita legare moris

ris fuisse: et Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. de testam.* [*Tom.* I. *p.* 380.]

(1) Add. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 2. §. 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I, *Tom.* I. *p.* 343. *seq.* et Bilderdyk. *Obs.* I. 29, qui putat, pro *quia ipsum testamentum confirmatur* etc. Marcianum scripsisse: *quia ipso testamento confirmatur, testibus adhibitis.*

L. XV.

Idem Lib. II. *Regularum.*] Junge *L.* 34. *ad SCtum Trebellian. L.* 26. *de m. c. donat.*

Tantundem est, et si pecuniam etc.] In specie.

L. XVI.

Ut ecce, si mater stipulata est dotem etc.] Vid. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 6. §. 5. (1).

(1) Vid. de hujus Legis *pr. et* §. 1. Ed. Amisfort. van Voorst. *Diss. de Jure quod oritur ex commorientibus, Cap.* 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II, *Tom.* II. *p.* 349. *seqq.* et *p.* 355. *seq.* Pro *an ad heredem matris actio ex stipulatu competeret,* Hal. habet: *an et heredibus* etc. Vid. Brencm. *h.* cui tamen violenta haec emendatio non placet. Geb. *ibid. an et heredi* etc. Van Voorst. *Diss. laud. p.* 350. pro *competeret* legit: *competens iret,* ubi et alias emendationes refert. Forte JCtus, magis ad rem, quam ad verba, quae praecesserant, attentus, *competeret* scripsit pro *pertineret.* Cujusmodi plura exempla attulit Rygerbos, *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3.

L. XVIII.

Et qui ei substitutus erat frater necessarius etc.] Vid. *L.* 10. §. 1. *de vulg. et pup. substit.* (1).

In quibus casibus, si pariter decesserint, etc.] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 17. *Def.* 13. et

et Mey. *ad Jus Lubec.* II. 2. *Art.* 12. *num.* 343. *seqq.*

(1) Vid. de hac Lege van Voorst. *Diss. modo laud. Cap.* 2. *p.* 379. *seq.*

L. XIX.

Ulpianus Lib. XXV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 7. *de his qui sui vel alien. jur. sunt.*

Et hi cognati quidem esse desierint (1),] Adoptione soluta.

(1) Ita Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Flor. *desierunt*, add. notata superius ad *L.* 14. *de offic. Praesid. not.* 5. et ad *L.* 35. *de dol. mal.*

§. 1.

Idem est, atque si cognatis legasset.] Nec hic locus regulae Catonianae: non enim Legatum fuit inutile. Vid. Cujac. *ad h. l.*

L. XX.

Nulla dubitatio est, quod etc.] *Quin*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* — Ad seq. *L.* 21. vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 1. et ad seq. *L.* 22. vid. van Voorst. *Diss. modo laud. Cap.* 1. *p.* 352. *seq.* add. Trotz. *Memor. Propag.* I. 2. §. 4. *p.* 119.

L. XXIII.

Gajus Lib. V. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 95. *et* 320. (1).

(1) In seq. *L.* 24. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 1. *p.* 370. post verba: *benigne interpretari*, inserit: *est*, id est, *licet*, *possumus*.

L. XXV.

L. XXV.

Testatoris voluntas, si quibusdam argumentis etc.] Vid. ad *L.* 38. *De cond. et dem.*

L. XXIX.

Cum quisque eorum ad trigesimum annum aetatis pervenissent (1);] Facit huc Ulpian. *in Fragm. Tit.* 1. §. 12. ubi Cujac. [*not.* 51.]

Videri omnibus alimenta *legata,*] Quorum magnus favor. add. Cujac. *ad h. l.*

(1) *Pervenisset*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Non opus. Vid. Drakenborch. *ad Livium*, II. 22. §. 7. et VII. 19. §. 2. Quaedam ad hanc Legem notavit quoque Jens. *Strict. ad Pand.* p. 309.

TITULUS VI.

DE HIS, QUAE POENAE CAUSSA RELINQUUNTUR.

Ne haec valerent, primum constituisse Pium, dicit Capitolin. *in ej. vita*, *Cap.* 8. quod verum esse non potest, quum et Sabinus de iis responderit. §. *ult. Inst. de Legat.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 17. *not.* 45. Hunc Titulum, ut et seq. Titulum VII. et VIII. auctorem Eclogae Basilic. referre ad praec. Titulum *de rebus dubiis*, monet Leunclav. *Notator.* II. 76. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1591. *De Legatis poenae nomine* Tractatum scripsit Bynkershoek., qui exstat inter ej. *Opusc. var. arg.* De iisdem egit quoque Majans. *Disp.* XLII. et Jo. Gotfrid. Sammet. *Opuscul. p.* 44. *seqq.* et novissime Jo. Frid. Lud. Goeschen. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 3. *p.* 47. *seqq.* Berol. 1811.

L. I.

L. I.

Illicite vel probrose] A Triboniano. Cujac. *Tract.* V, *ad African. in expl. h. l.* et *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24, §. 17. [*not.* 45.] (1) olim enim nunquam valebant.

Quod in heredes,] Lege: *heredis*, et sic Rob. Steph. (2).

(1) Etiam Grotius, *in Flor. sparf. p.* 212. Wisfenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 1. et *in Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 97. Westenberg. *ad h. t. Pand.* §. 3. Vinn. *ad* §. *ult. Inst. de Legat.* ibiq. Heinecc. Majanf. *Disp. laud.* §. 19. Pothier. *h. t. num.* 1. Disfentit tamen Bynkersh. *loc. modo laud. Cap.* 4. et Jo. Wybo, *in Tribon. defenf. p.* 336. *seq.*

(2) Etiam Hal., probante Brencm. *h.*

TITULUS VII.

DE REGULA CATONIANA.

Hanc tenuere maxime Sabiniani. *L.* 41. §. 2. *de Legat.* 1°. *L.* 39. §. 2. *eod. L.* 86. *de cond. et dem. L.* 201. *de reg. Jur.* Imp. Justin. §. 10. *et* 32. *Inst. de Legat.* ex Gaji *Instit.* (1). Merill. *Obf.* V. 34. Vid. de hac regula Jac. Gothofred. *ad L.* 210. *de reg. Jur.* et Ant. Fab. *Conject.* XII. 19. *et* 20. (2).

(1) Neuter tamen locus in Gaj. *Instit.* exstat.

(2) Egit de ea quoque Donell. *Comm. Jur. Civ.* VIII. 13. ibique Hilliger. Etiam Majanf. *Disp.* XLIII. qui fingulas h. t. Leges expofuit *in Comm. ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 91. *seqq.* Alios etiam citat Bach. *Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 4. §. 28. In primis autem de hac regula, et quid ea distet a regula in *L.* 29. *de reg. Jur.* videndus est Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 22. et *Elector.*

Cap.

Cap. 17. add. Nic. Gerard. Wyckerheld Bisdom, *Diss. ad reg. Jur. quod initio vitiosum est* etc. Lugd. Batav. 1801.

L. I.

Quae definitio in quibusdam *falsa est.*] *Inquiunt quidam*, Hotoman. *Obs.* II. 17. (1) male (2).

(1) Etiam Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5.
(2) Add. Gordon. *Praetermissor. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 851.

§. 2.

Si eum vivo testatore alienaveris,] Celsum hic ab aliis dissensisse, volunt Cujac. Bachov. et alii (1) etiam Jan. a Costa, *ad* §. 10. *Inst. de Legat.* Non tamen id mihi liquet. Celsum, ut Proculianum, ab hac regula nonnunquam recessisse, ait Merill. *Obs.* V. 34. Ego tamen id nondum video, etsi adfert casus, ubi fallit.

Legatum tibi debetur, quod non deberetur,] *Legatum tibi non debetur, quod deberetur*, Hotoman. *Obs.* II. 17. male. Pro lectione Vulgata Franc. Mars. Gordon. *Praetermiss. Cap.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 851.] (2).

(1) Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6. add. Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 22. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 1. ponit (:) demum post verba: *si eum vivo testatore alienaveris*, ut haec non ad decisionem, sed ad propositam quaestionem pertineant. add. Idem, *ad Tit. Pand. de Legat.* §. 29.
(2) Add. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 217.

L. III.

Papinianus Lib. XV. *Quaestionum.*] Junge *L.* 11. *de his quae ut indigni.*

Catoniana regula non pertinet ad hereditates,] D. Goth.

Goth. *in not.* „*Libertates*, Cujac. (1) etc." Contra quem vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 210. *de reg. Jur.* Franc. Marſ. Gordon. *loc. modo laud.* *Cap.* 8. [*p.* 851. *ſeqq.*] Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 7. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 201.] (2).

Sed post aditam cedit hereditatem.] Veluti uſusfructus, libertatis, cet. Vid. Cujac. *ad* §. 20. *Inſt. de Legat.*

(1) Add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 1. et Pothier. *h. t. num.* 2.

(2) Vid. et Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4. et Theod. Jo. Alex. Pagenſtecher. *Spec. de Viol. emend. in Jur. Civ. non adm. Cap.* 3. *p.* 116. In primis autem Jac. Voorda, *Interpr. et emend.* II. 22. *p.* 209. ſecundum quem *regula Catoniana* ad ſola Legata pertinet.

L. IV.

Placet, Catonis regulam ad conditionales *institutiones non pertinere* (1).] *Conditionales* delet Ant. Fab. *Conject.* XII. 19. male. Vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 210. *de reg. Jur.* Franc. Marſ. Gordon. *d. Cap.* 8. (2).

(1) Supervacuum esſe hoc addi, quum contineatur eo, quod praec. Lege dictum erat, notat Voorda, *d. loc. p.* 209. *ſeq.*

(2) Et Pagenſtecher. *loc. modo cit.*

L. V.

Regula Catoniana ad novas Leges *non pertinet.*] D. Goth. *in not.* „puta, Legem Juliam et Papiam, etc." add. Balduin. *in Justinian. Lib.* IV. [in *Juriſpr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1190.] Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 3. [*not.* 75.] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. caduc.* [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 236.] et *ad L.* 210. *de reg. Jur.* (1). Cujac. *ad* §. 10. *Inſt. de Legat.* qui regulam Catonianam pugnare cum caducis, ait *ad Rubric. Tit. de his quae ut indign.*

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9. *in fin.* Majans. *laud. Disp.* XLIII. §. 28. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap.* p. 380. *seq.* et p. 409. Voorda, *Elector. Cap.* 17. Al. *novas* interpretantur *iniquas*, quos notat Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 24. in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 220.

TITULUS VIII.

DE HIS, QUAE PRO NON SCRIPTIS HABENTUR.

Vid Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 17. (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. et Majans. *Disp.* XLIV. quae est *de his, quae pro non scriptis habentur.*

L. I.

Si quis hereditatem, vel Legatum adscripserit,] *Sibi adscripserit*, Rob. Steph. (1).

Ut perinde habeantur, ac si insertae testamento non fuissent.] D. Goth. *in not.* „Imo aliter habentur, etc. *L.* 29. *de hered. instit.*" Illic testator non egit, ut hoc sciret (2). Aliter Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 51. *error.* 6.

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* add. Jo. Jac. Mascov. *Diss. de his qui sibi adscrib. in testam.* Lips. 1734. et Marckart. *Exercit. de his, qui sibi adscrib. in testam. alieno*, in ej. *Exercit. Academ.* p. 131. *seqq.* et *Probab. rec. Lection. Part.* I. p. 151. *seqq.*

(2) Add. Bynkersh. *de Captator. Institution. Cap.* 10. — Ad seq. *L.* 2. vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 13.

L. III.

Si in metallum damnato quid extra causam alimentorum

tum relictum fuerit, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Alimentis.* *Cap.* 20. [*Oper.* *Tom.* III. *p.* 389.] Ne quidem plus illis donare licuisse sub Domitiano, liquet ex Arrian. *Diss. Epictet.* II. 7. quod postea vidi notatum quoque ab Herald. *de Rer. Judic. auctor.* II. 7. *num.* 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1187.] et illic tantum de deportata sermo est.

Nam poenae servus *est*,] *Mancipium poenae*, *L.* 30. *Cod. Theod. de petition. et ultro dat.* [*Tom.* III. *p.* 483.]

Non Caesaris,] Add. *L.* 12. *de jur. fisc.* Non dissimiliter alia in re Lucan. *Pharsal. Lib.* V. *vs.* 360. *Non Caesar, sed poena tenet.*

§. 1.

Sed etsi post testamentum factum etc.] Ante mortem tamen testatoris. *L.* 59. *de cond. et dem.* Vid. Cujac. *Obs.* XVIII. 13 (1).

(1) Et Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 379. — Ad verba seq. §. 2. *nam quae in eam caussam pervenerunt*, etc. vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 21. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 8.

L. IV.

Ulpianus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. caduc. Cap.* 29. *et* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 234. *et* 236.] et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 389. *et* 390.

§. 1.

Sed et si in hostium potestate erat, quo *testamentum fiebat*,] D. Goth. *in not.* „Subaudi: *tempore.*" quod exstat in edit. Rob. Steph. (1).

(1) Et habent quoque Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h. l.* add. Govean. *ad L.* 1. §. 4. *ad L. Falcid. num.* 5.

L. V.

Quod quis sibi adscripserit, etc.] Est (1), qui haec accipiat de mancipio, quod quis sibi adscripsit legatum, et restituendum cum manumissionis onere: quoniam Paulus hoc Libro de talibus manumissionibus egit. Sed id non sinunt verba, et vid. *L.* 21. *ad L. Falcid.*

Quamvis pro non scripto esset.] Ne delictum alterius alteri obsit. (2).

(1) Balth. Branchu, *Diss.* II. *ad Jul. Pauli Cap.* 2. adj. ej. *Observation. p.* 178. *seqq.*
(2) Add. Pothier. *h. t. num.* 3.

TITULUS IX.

DE HIS, QUAE UT INDIGNIS AUFERUNTUR.

Dicuntur *ereptitia.* Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caduc.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 237.] Cujac. (1). *in Paratitl. ad h. t. Cod.* ibiq. Fabrot. (2). Adquiruntur haec prius. *L.* 2. §. 1. *h. t.* (3). *Auferuntur.* Non autem per *hereditatis petitionem.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 9.

(1) Qui ad singulas h. t. Leges commentatus est, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 1564. *seqq.*
(2) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 19. §. 17. *not.* 56. et Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* I. 20. qui tamen sententiam suam mutat, *in Erratis*, *p.* 280.
(3) Add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* Quo nomine differant *indigni* ab *incapacibus*, vid. apud Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 9. et Scip. Gentil. *de Jur. accresc. Cap.* 10. *Oper. Tom.* I. *p.* 231. *seqq.*

L. I.

Quasi indignum carere Legato etc.] Non debuerant haec exprimi alia literarum forma.

Cum patronum suum post mortem ejus etc.] Ergo res heredem maxime tangit.

Quamvis et praemium (1) *meruit* (2).] Exempla praemio affectorum et punitorum simul habet Herald. *Obs. Cap.* 27. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1344.] quibus facile alia addi possent. Non obstat *L.* 5. §. *ult. h. t.* et *L.* 13. §. *pen. de jur. fisc.* nam agunt illae de his, qui fidem accommodarunt in fraudem Legum. Vid. Cujac. *ad h. l.* (3).

(1) Vulg. *libertatis praemium:* male. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 5.
(2) Hal. *meruerit.* Sed vid. notata superius ad *L.* 43. *pr. de Legat.* 1°. *not.* 2.
(3) Add. Pothier. *h. t. num.* 6.

L. II.

Aufertur hereditas etc.] Impuberis. Facit huc *L.* 5. §. 2. *et* 4. *de Legat. praest. bon. poss. contra tabb. petit.*

§. 1.

Item, si quis contra mandata duxerit uxorem etc.] Vid. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 568. *seqq.*]

§. 3.

Nam quasi indigno aufertur.] Aliud *L.* 4. *Cod. de postlim. revers.* ubi erat incertum, an viveret. Gloss. *h.*

L. III.

Ut per negligentiam (1), *et culpam suam* etc.] Multo-

toque magis, si ipse occiderit. *L.* 7. §. 4. *de bon. damnat.* (2). Nec hic cognati propiores praeferendi cum Cyriac. *Controv.* 217. Alii volunt, delicto vivo adhuc testatore in eum admisso, rem manere penes heredem in casu fideicommissi. Vid. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 10. *num.* 4.

(1) Flor. *neglegentiam.* Vid. notata superius ad *L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 10.

L. IV.

Legatum ei non auferri etc.] Hic non totum testamentum falsi accusavit.

L. V.

§. 1.

Ergo qui Legatum secutus, etc.] *Consecutus*, Rob. Steph. et ed. 1548. (1).

Postea falsum dixit,] Conf. *L.* 3. *ad L. Corn. de fals.*

Prohibendi autem sint, an non, ex cujusque persona, etc.] Vid. Cujac. *ad h. l.*

(1) Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 20. §. 9. *Legatum secutus* explicat: secutus testamenti scripturam Legatum accepit: et in praec. verbis pro *non repellitur* legit: *modo*, vel *omnino repellitur*. Negationem quoque tollit Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 309. *seq.* male. Vid. *L.* 24. *h. t.* add. Cujac. *loc. cit.* et Pothier. *h. t. num.* 15.

§. 2.

Sed filio relinquitur, cujus utilitates desertae sunt.] Vid, Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caduc. Cap.* 31. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 238.] Non hinc sequitur, si testator relictis aliquem privat favore tertii, ad hunc ea

tunc pertinere, ut vult Perez. *in Prael. ad Tit. Cod. de his quae poen. nom. relinq.* Melius Bartolus. Vid. Scip. Gentil. *de jur. accresc. Cap.* 10. [*Oper. Tom.* I. *p.* 234.]

§. 3.

Quod si personam illorum spectet, etc.] Veluti si post emancipationem, vel manumissionem ipsis datum sit. Cujac. *ad h. l.* (1).

(1) Sequenti §. 4. non obstat *L.* 1. *si quis aliq. testar. prohib.* et *L.* 1. *de his quib. bon. poss. non comp.* Vid. Cujac. *ad h. l.* et Pothier. *h. t. num.* 30.

§. 5.

Si invito patre accusavit, etc.] Facit huc *L.* 8. *pr. de inoffic. testam.*

§. 14.

Qui principale testamentum arguit, etc.] Vid. *L.* 2. §. 1. *de vulg. et pup. subst.* add. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de imp. et al. substit.* ibiq. Fabrot.

§. 15.

Esse ea privandum.] Obstat *L.* 24. *ad L. Corn. de fals.* ubi vide.

§. 17.

Qui mortis caussa donationem accepit, etc.] Quae non pendet ex testamento, ut Legatum.

Non est similis in hac caussa Legatario.] Obstat *L.* 18. §. 1. *de bon. poss. contra tabb.* ubi vide. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 45. *error.* 7. *num.* 16. *seqq.*

§. 20.

Summovendi sunt a praemio, etc.] Quodque ex ipsa he-

hereditate datur, qua hi sunt indigni; aliud in praemio, de quo *L.* 1. *h. t.* ubi vide.

L. VI.

Quam amovisset,] Idem volunt, si per mendacium negaverit, rem in hereditate esse. Cyriac. *Controv.* 284. *num.* 95.

Ad fiscum venient.] *Aerarium* scripserat Marcellus. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 417 (1).

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. *not.* 2. et *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 17. §. 2. *not.* 11. — Ad seq. *L.* 7. vid. Jo. van Nispen. *Diss. ad Lib. Modestin. Differ. Cap.* 7. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 59.

L. IX.

Ulpianus Lib. XIV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caduc.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 237. *et* 238.] et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 415.

§. 2.

Si autem statum ejus *controversiam movit*,] Post mortem. *Ei*, Rob. Steph. male. Vid. Rucker. *Interpr. Cap.* 1. (1).

Ex qua specie statim fisco deferetur.] *Defertur*, Rob. Steph. (2). Chesius; *Differ. Cap.* 32. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 716.] putat, hoc fieri, quia, ut de statu suo incertus, testamentum non pro lubitu mutare potest: quod tamen incertum (3).

(1) Add. Puttman. *Adversar. Jur. Univ.* I. 1. *p.* 22. *seq.* Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 20. ubi de hoc loco egit, *p.* 70. *in not.* nihil interesse censet, *ei* an *ejus* hic legatur.

(2) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

(3) Add. Rucker. *loc. laud. p.* 163. *seq.*

L. X.

Gajus Lib. XV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 35. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 239.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 441. *et* 442.

Sive chirographum eo nomine dederit, etc.] Casum egregium dabit Quinctil. *Inst. Orat.* IX. 2. [*p.* 788. *seq.* ed. Burm.] add. *L.* 48. *de jur. fisc.* et de difficultate hoc probandi, Quinctil. *Declam.* 325. [*p.* 656. *seq.* ed. Burm.]

§. 1.

Manere debet,] *Debeat*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* Etiam alibi post *quin* Indicativus sequitur. Vid. *L.* 72. *de adq. vel omitt. hered.* et notata *ibid.* — In seq. §. 2. pro *si pater* filii, etc. Hal. habet: *filio.* Sed vid. Leonin. *Emendat.* V. 7. *num.* 6.

L. XI.

Et ita Senatus censuit.] Vid. *L.* 23. *h. t.* (1).

(1) Praecedit: qua *fraudem adhibuit.* Flor. *quae.* Hal. et Vulg. *in qua.* Sed *qua* probat quoque Brencm. *h.*

L. XII.

Cum quidam scripsisset heredes, etc.] Vid. Cujac. *ad h. l.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 7. *num.* 15. *seqq.* et Ches. *Differ. Jur. Cap.* 33. *num.* 15. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 721. *seq.*]

L. XIII.

Claudius Seleucus] An, qui fuit Consul A. U. 973. Vid. *Fragm.* Dion. Cass. *p.* 991. (1).

Non

Non damnatam] An ream? Facit huc *L.* 26. *de rit. nupt.*

Qui *moriens heredem eam reliquit:*] *Quin*, id est, *sed etiam*, *praeterea*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 16. *num.* 1. non male, sed non necessarie.

Et ab eo, quasi ab indigno, hereditatem auferri dicimus.] Add. Sand. *Decision.* IV. 4. *Def.* 5. Facit huc Juven. *Satyr.* I. *vs.* 56. ubi Scholiast. (2).

(1) Add. Reland. *Fast. Consular. p.* 142. et Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 2. *p.* 370. Jos. Fern. de Retes, *Praelectio ad h. l.* exstat in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 548. *seqq.*

(2) Add. Jo. Guil. Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 9. §. 5. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 293.

L. XIV.

Mulierem, quae stupro cognita etc.] Aliud esset in focaria. Merill. *Obs.* VIII. 34.

In contubernio militis *fuit*,] In pagano aliud. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 13. Fab. *Cod.* VI. 16. *Def.* 2. ubi late de militibus. Aliter Parlam. Tholosan. apud Maynard. *Decision.* III. 14. *et* 15.

Non admitti ad testamentum (1) jure militiae *factum*,] Aliud, si jure communi. Fab. *dict. loc. Def.* 3.

(1) Vid. de hac locutione Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 3. §. 5. *p.* 46.

L. XV.

Sed Falcidiae beneficio non utetur; etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 5. *num.* 15. (1).

(1) Et Pothier. *h. t. num.* 17.

L. XVI.

Matrem ejus partus *subjecti ream postulassent*,] Id est, impuberis illius.

Ut hereditatem patrui legitimam obtinerent:] Et totam.

Quia ex testamento sententiam secundum se dictam *non haberent.*] D. Goth. *in not.* „*sententia secundum se dicta*, Ant. Fab. etc." et sic Rob. Steph. quod placet (1).

(1) Pari modo Bilderdyk. *Obs.* II. 13. nisi quod pro *quia* legit *quam*.

§. 1.

Quoniam stuprum etc.] Egit de hoc §. Ranchin. *Var. Lection.* III. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 947. *seq.*] Melius Merill. *Obs.* III. 17. quem seqnitur Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 12. (1).

Qui Rufinam ingenuam honore pleno *dilexerat*,] Non tamen erant nuptiae, quia Cassianus erat Senator; sed erat concubinatus. Al. *pleno amore*, probante Ant. Fab. *Conject.* III. 14. Vid. D. Goth. *in not.* Perrenon. *Animadv.* II. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 656.] *non honore pleno* (2).

Optimi Maximique Principes nostri judicaverunt,] Benigne rem interpretantes.

Cujus filiam, etc.] Ex alio ante editam (3).

Vulgo quaesitam apparuit.] Ex concubinatu natam explicat Ranchin. *de success. ab int.* §. 7. *num.* 15. [in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 204.] quod durum, ut et multa ad hanc Legem. add. Perrenon. *loc. laud.* (4).

(1) Etiam Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 109. *et* 110. et Pothier. *h. t. num.* 3. Egerunt de hac Lege etiam Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 102. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1209. Langebek. *Annota-*

tation. *Cap.* 30. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 569. *seq.* Jos. Fern. de Retes, *Opusc.* VIII. 22. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 406.

(2) Sed vid. Trotz. *Memor. Propag.* I. 2. §. *ult.* *p.* 132.

(3) Sequitur; quam *alumnam* etc. *Quod eam* etc. mavult Jo. Cannegiet. *Obs.* *Cap.* 12. *p.* 420. *Quam quod*, Goes. *ad Sueton. in August.* *Cap.* 24. *Tom.* I. *p.* 253. ed. Burm.

(4) Ubi et refutat Cujacium, *Obs.* V. 6. pro *quaestam* legentem: *quaestum fecisse.* add. Raevard. *Conjectan.* II. 5.

§. 2.

Et ideo cum suo onere fiscum succedere.] Item in aliis casibus. *L.* 12. §. 2. *de fideic. libert.*

L. XVII.

Deceptum autem ignoratione facti, etc.] Ergo ne haec quidem liberat a poena: quasi non debuerit esse negligens (1).

(1) De locutione *insuper habere*, in praecedentibus verbis, vid. notata superius ad *L.* 43. *de religios.* add. Otton. *in Papinian.* *Cap.* 6. §. 6. *p.* 107. Trotz. *Memor. Propag.* I. 6. §. 2. *p.* 346. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *insuper*, *num.* 2. ibiq. Heinecc.

L. XVIII.

Eum, qui tacitum fideicommissum etc.] Vid. Noodt. *de Foen. et usur.* II. 12.

Exemplo bonorum fisco vindicatorum.] Quae et ipsa restituenda sunt.

Sed (1) *D. Severus bonorum tacite relictorum*, etc.] Non idem in aliis indignis. Fab. *de Errorib. Pragm.* *Dec.* 38. *error.* 10. *num.* 4.

(1) Clausulam hanc ad notas Paulli vel Ulpiani refert

 Ott,

Otto, *in Papinian. Cap.* 12. §. 8. *p.* 416. Aliter Pothier. *h. t. num.* 29.

§. 1.

Auxilio *restitutionis non merebitur.*] *Auxilium*, Rob. Steph. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 2.

Neque enim rationem juris,] Quae jam cessat.

Divisionem voluntatis.] D. Goth. *in not.* „Quid, si legas: *divisionis voluntatem.*" Nihil, muto (1). Jam rem totam capit uti legatarius, ablata hereditate. Vid. Cujac. *ad L.* 17. §. *ult. de Legat.* 1°.

(1) Add. Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 397.

L. XIX.

Ab universo *judicio priore recessisse eum videri.*] Ergo nec Legata debentur. Cujac. *ad h. l.* Chess. *Differ. Jur. Cap.* 33. *num.* 11. *seq.* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 720.] Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 5. *num.* 6. (1).

(1) Ad seq. *L.* 20. vid. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 684. *seqq.* — De voce *suspecto* in seq. *L.* 21. pro *suspecte*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 417. *not.* 8. et Conrad. *Parerg. p.* 549. De hac vindicta Trotz. *Memor. Propag.* I. 7. §. 2. *p.* 477.

L. XXII.

Tryphoninus Lib. V. *Disputationum.*] Junge *L. ult. de postuland.*

Et, si libertum patris pupilli sui *nomine* etc.] *Sua* Flor. male: etiam Basil. legere *sui* (1).

(1)

(1) Add. Brencm. *h.* Sequitur: *Et si tutor reum aliquem postulaverit* etc. Nihil nova significatione hic dici, notat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 359. *not.* 31. Egit de hac Lege etiam Jos. Fern. de Retes. *Adversar. de inoffic. testam. Cap.* 24. §. 7. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 542.

L. XXIII.

Aeque locus erit SCto.] Vid. *L.* 11. *h. t.*

L. XXIV.

Retinet defuncti voluntatem (1).] Vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 7. *Def.* 24.

(1) Id est, quod ex defuncti voluntate accepit. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* XI. §. 8. *in not. p.* 285. et Puttman. *Melet. Jur. Civ. Cap.* 6. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 176.

L. XXV.

Si gener socerum (1) *heredem reliquerit*, etc.] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 273.

Sola ratio paternae affectionis (2) *non admittit.*] Id est, non inducit.

(1) *Si socer generum* legit Grotius, *in Flor. sparsion. p.* 213.

(2) Vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 10. §. 2. *p.* 250.

§. 1.

Sed apud eum, a quo relictum est, remanet.] Quoniam hic jam nihil vitii, manent omnia in suo statu (1).

(1) Egit de hoc §. Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* IV, in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 214. *seq.*

LIBER TRIGESIMUS QUINTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE CONDITIONIBUS ET DEMONSTRATIONIBUS, ET CAUSSIS, ET MODIS EORUM, QUAE IN TESTAMENTO SCRIBUNTUR.

Conditio et *demonstratio* quo modo differant, Cujac. *Obs.* II. 39. Varios casus vid. apud Fab. *Cod.* VI. 25. Constantinaeo, *Subtil. Enodat.* II. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 576.] *conditio* non est suspensio, sed quidem inducit suspensionem. Potius est casus, vel adjectio casus. — *Demonstratio* dicitur *signum* apud Vopisc. *in Aurelian. Cap.* 6. *adsumptio* in *L.* 48. *in fin. de hered. instit.* — *Modus* cum *conditione* saepe confunditur, Fab. *Cod.* VI. 25. *Def.* 5. non tantum a Notariis, de quibus ille; sed et in *L.* 71. §. 1. *h. t. L.* 44. *de manum. testam. L.* 8. §. 7. *de condit. institution.* Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. d. L.* 71. et Scip. Gentil. *de Errorib. testam. Cap.* 8. [*Oper. Tom.* I. *p.* 37.] Non potest adjici institutioni. Fab. *Cod.* VI. 24. *Def.* 2. *not.* 1. Volunt quidam, *modum* esse pro *conditione resolutiva.* Cyriac. *Controv.* 239. *num.* 1.

L. I.

Aut dies incertus,] *Aut dies certus*, Rob. Steph. Sed quoniam et de *incerto* agitur §. 2. forte verior est lectio Haloandr. *dies aut certus aut incertus* (1). De *die certo* et *incerto* late Averan. *Interpr. Jur.* II. 16.

(1) Quam probat quoque Pothier. *h. t. num.* 1. Rucker.

ker. *Obs. Cap.* 3. §. 29.] ope geminationis, legit: *aut dies incertus, aut certus.* Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 18. *p.* 118. *aut dies incertus, certus.* J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 9. §. 3. *p.* 66. *aut dies certus, aut incertus.* Nihil mutat Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 264. ubi hanc Legem explicuit. De verbis *vi ipsa* vid. Bynkersh. *Obs.* VII. 25. *num.* 5.

§. 1.

Solvi tamen possunt,] Nata est enim obligatio: etsi repudiatio cesset. *L.* 45. §. 1. *de Legat.* 2do. Id enim spectat dominium: quod hic ab obligatione separandum. Aliud in hereditate. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 16. *num.* 2. *seqq.* (1).

(1) Pro *debitu iri*, in seqq. verbis, Hal. habet: *debitum iri.* Vulg. *deberi.* Vid. Brencm. *h.* Sed vid. notata superius ad *D.* 10. *et* 38. *de reb. credit.* et Majans. *loc. modo laud. p.* 265. *seqq.* — Pro *inest autem conditio legati*, in seq. §. 3., Hal. habet: *legatis.* Sed vid. Marckart. *Interpr. rec. lect.* I. 6. §. 8. *p.* 44.

L. III.

Obtinuit, *impossibiles conditiones* etc.] Post contentiones scil. (1). Late de his conditionibus Averan. *Interpr. Jur.* II. 24.

(1) Add. Puttman. *Probab. Jur. Civ.* II. 2. *p.* 18. *seq.*

L. IV.

§. 1.

Si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit, tum decem Sejae heres dato:] Ergo dies est adjectus et conditioni et Legato. Averan. *Interpr. Jur.* II. 21. *num.* 5. — Junge *L.* 10. *de verb. oblig.* ubi vide.

L. V.

L. V.

§. 1.

Item servus vel filiusfam. sine jussu patris vel domini conditionem implere possunt,] Obstat *L.* 25. *de condit. instit.* ubi vide. (1).

(1) Sequitur: quia *eo facto* etc. *Qua* legit Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 576.

L. VI.

Multa *testamento non committitur* etc.] Quae interdum dicebatur. *L.* 27. *h. t.* Cujac. *in exposit. Nov.* I. *p.* 531.

Aut rei *arbitrari nolit.*] *Rei* abest apud Rob. Steph. (1).

(1) *Ei*, Hal. Vid. D. Goth. *in not.*

§. 1.

Altera jam mortua,] Tempore facti testamenti.

Quae sententia admittenda est.] Facit huc *L.* 104. §. 1. *de Legat.* 1°. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *num.* 20. (1).

(1) Add. Amaya, *Obs. Jur.* II. 12.

L. VII.

Mucianae cautionis etc.] De qua Cujac. *Obs.* V. 2. (1) D. Goth. *in not.* „Muciana cautio a Mucio Scaevola inventa est etc." add. *Nov.* 22. *Cap.* 43.

Verum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est.] Necessarium maxime ob veterem regulam Juris in §. 35. *Instit. de Legat.*

(1) De *cautione Muciana* docta Dissertatio est Jan. Ever. Reuvens. Lugd. Batav. 1784.

§. 1.

§. 1.

Quoniam non est, cui caveat,] D. Goth. *in not.* „Imo, est. *L.* 18. *h. t.*" Non obstat.

Nam jure ipso videtur impleta conditio, eo quod non est, quem possit etc.] Ergo fit hic conditio impossibilis. *L.* 20. *de cond. instit.* (1).

(1) De locutione *latitans patronum*, in seq. *L.* 8., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 365. add. Puttman. *Melet. Jur. Civ. Cap.* 8. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 183. *seqq.* qui *latitare patronum* explicat *latitare ob*, vel *propter patronum*; et refutat Merillium, *Obs.* VI. 9. putantem, superesse in hac Lege vestigium illius Juris, quod, teste Tacito, patronus in libertum habuit, ut eum relegare posset.

L. X.

Haec conditio, etc.] De hac Lege Thomas. *Diss.* X. *Cap.* 2. *num.* 23. *seq.* (1) etiam Leonin. *Emendat.* VII. 15. sed non multum ad rem.

Filiae meae cum nupserit,] *Filia mea*, Bynkersh. *Obs.* VI. 12. Sed alia, quae fuere scripta, omisit Ulpianus. Idem mox laborat in *non satis egerit:* sine causa (2).

Praesertim cum conditio haec talis est, ut semel impleri debeat.] Vid. *L.* 7. *Cod. de instit. et subst.* Nec deficit, etsi nupta esse desinat, Mev. *Decis. Part.* II. *Decis.* 334. nisi aliud actum.

Benigne tamen dicendum est, etc.] Haec Ulpiani. Praecedentia forte Sabini.

Nondum impletam conditionem defectam.] Leonin. *Emendat.* VII. 15. in fin. *impletam* putat esse glossema; sed et alia tentat, ut et Bynkersh. *Obs.* VI. 12. qui pro *defectam* rescribit *refectam*, aut legit: *nondum defectam conditionem, impletam:* aut, *nondum, impleta conditione, defectam* (3). D. Goth. *in not.* „*non defectam*, Cujac. *Obs.*

Obs. XIII. 40." *Nondum impletam conditionem, quam defectam*, Jauch. *de Negation. Pand. p.* 178. *et* 264 (4). Placet emendatio Cujacii, quidquid dicat Merill. *Obs.* VI. 9. putans, conditionem defectam pro non impleta accipiendam: quod non probo (5).

(1) Et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 28.
(2) Add. Puttman. *Diss. ad Var. Jur. Civ. Cap. Cap.* 1. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 105. *seq.*
(3) Add. Idem, *in not. ad h. l.* in Corp. Jur. Geb. et Spang. Brencm. *ibid.* legit: *nondum impletam conditionem, nec defectam.* Aliter Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, §. 15. *p.* 308.
(4) Et Pothier. *h. t. num.* 188.
(5) Nec probat Puttman. *d. loc. p.* 107. *seq.* qui vulgatam lectionem defendit: quam et tuetur Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 10. *p.* 77. *seqq.* et Sammet. *Opusc. p.* 169. *seqq.*

L. XI.

Exspectentur, ut fiant:] Add. Sand. *Decis.* IV. 6. *Def.* 3.

Si vero nesciat, praesenti *debeantur.*] *Praesenti die*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. in margine.

§. 1.

Promiscuas conditiones etc.] De his Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L. ult. de cond. instit.* (1).

(1) Add. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de cond. instit. in fin.* Merill. *Obs.* IV. 14. Voet. *ad Tit. Pand. de cond. instit.* §. 26. in primis Averan. *Interpr. Jur.* II. 20.

L. XIV.

Sed locus a municipibus ei non datur,] Conf. *L.* 5. *de oper. publ.* Inscript. apud Gruter. *p.* 479. *n.* 7. (1).

(1)

(1) Add. Trotz. *Memor. Propag.* I. 6. §. 4. *p.* 372.

L. XV.

Videtur impleta conditio, statim atque ducta est uxor,] Vid. ad *L.* 5. *de rit. nupt.*

L. XVI.

Gajus Lib. I. *de testamentis ad Edictum Praetoris.*] Junge *L.* 32. *de hered. instit.* (1).

Quae extra testamentum incurrerent,] Ut circa impletionem conditionis. *L.* 10. *h. t. L.* 13. *de ann. legat.* aut, cum de voluntate est quaestio. *L.* 24. *de reb. dub.*

Secundum scripti juris *rationem*] *Juris* delet P. Fab. *Semestr.* III. 15. et Sand. *Decis.* IV. 5. *Def.* 8. quod arridet (2).

(1) Add. Merill. *Obs.* IV. 15.
(2) Retinet Schroder. *Obs. Jur. Civ.* II. 13. *p.* 176. et explicat: secundum ea, quae testator jussit scribi, seu, secundum testatoris voluntatem. Pari fere modo Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 1. *p.* 371. et Arntzen. *Miscellan. Cap.* 13. *p.* 137. Aliter Gluck. *Opusc. Jurid. Fascic.* I. *p.* 172. *seq.* Vid. et Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 146.

L. XVII.

§. 1.

Ac si nullus error intervenerit.] D. Goth. *in not.* „*intervenisset*, Hal." et Rob. Steph. (1).

(1) Flor. *intervenieret*, forte pro *interveniret*, ut etiam Taurell. habet. Vid. Brencm. *h.* De falsa demonstratione Averan. *Interp. Jur.* V. 14. *seq.* — Ad §. 2. quaedam notavit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 310. *seq.* — De voce *conditionaliter*, in seq. §. 3., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 446.

§. 4.

Sub modo legatum videtur.] Hoc a Legato conditionali parum differre, ait Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 13. *Def.* 26. Parum subtiliter.

L. XVIII.

Pertinere potest.] Ex testamento. Fab. *Cod.* VI. 21. *Def.* 1. *not.* 19. *et* 20. Vid. ad *L.* 4. §. 1. *de condit. instit.* (1).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 5.

L. XIX.

§. 2.

Non debet coheres patroni praestare.] Vid. Foquelin. *ad Tit. Instit. de vulg. subst. p.* 35.

L. XX.

Quo in numero plerumque *sunt etiam jurisjurandi.*] Non semper. Non etiam *L.* 12. *de manumiss. testam.* (1).

(1) Add. Majans. *Disp.* V. §. 16. Et laudatos superius ad *L.* 8. *pr. de condit. instit.* Praecedit: *Non dubitamus, quin — remittendae* sunt. Hal. *sint.* Sed vid. notata superius ad *L.* 72. *de adq. vel om. hered.*

L. XXI.

Nam hujusmodi conditiones, si navis ex Asia venerit, etc.] Vid. Scip. Gentil. *de Scient. hered. Cap.* 3. *Part.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 81.] (1).

Veluti, si quis se filiumfam. existimat, etc.] Vid. *L.* 6. §. 4. *de adq. vel omitt. hered.*

Qui ignorat, an tabulae testamenti apertae sint,] Cum tamen sint. add. *L.* 1. *in fin. de jur. et fact. ign.*

(1) Add. Merill. *Var. ex Cujac.* III. 30.

L. XXII.

Et si nupserit, legatum eam petere posse,] D. Goth. *in not.* „ Hoc videtur abrogatum *Nov.* 22. *Cap.* 44. etc." Sed, an hic de uxore agitur.

Et non esse cogendam, fideicommissum praestare.] Non obstat *L.* 14. *pr. de Legat.* 3°. ubi vide.

L. XXIV.

Cujus interest, conditionem impleri,] D. Goth. *in not.* „ *non impleri,* Hotom. etc." et sic Hal. probante Jac. Gothofred. *ad L.* 161. *de reg. jur.* et Leonin. *Emend.* IV. 20. *num. ult.* (1).

Ut perinde habeatur ac si impleta conditio fuisset.] Vid. Mev. *Decis. Part.* VIII. *Decis.* 318.

(1) Et Pothier. *h. t. num.* 111. et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 311. Dissentit Jauch. *de Negation. Pand. p.* 208.

L. XXV.

Quum vir uxori, etc.] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 263. (1).

Qui se vivo *ex alio suscepti fuissent.*] Quid, si mortuo? vid. *L.* 62. *pr. h. t.*

(1) Et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 15. *not.* 12. *et* 14.

L. XXVI.

Haec scriptura, si viginti dederit, aut juraverit, se aliquid facturum, etc.] D. Goth. *in not.* „ Cujac. *Obs.* V. 1. legit: *si juraverit, se viginti daturum, aut aliquid facturum.*" Sane vulgata lectio est incommoda (1).

(1) Emendationem Cujacii probat quoque Pothier. *h. t. num.* 31. Aliter Majanf. *Disp.* V. §. 19.

§. 1.

Deficiente conditione adcrescit etiam heredi ejus, etc.] Jus enim illud Lege Julia et Papia non in totum fublatum est: non in illis, quae deficerent post apertas tabulas. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. *ult. Inst. de SCto Orphit.* et Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thef. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.] — Quas partes interim habeant, hic non quaeritur: de quo Wisfenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de hered. instit.* §. 9. qui examinandus: nam *L.* 6. §. 2. *de usufr. accresc.*, ad quam provocat, non agit de quovis legato.

L. XXVII.

Ad quod exemplum fufpicabatur etc.] Pasfive (1).

Tametsi in scriptura non tum esfet, etc.] *Nomen deesfet*, Rob. Steph. (2). Forner. *Rer. Quotid.* II. 1. [in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 160.] *non notum esfet* (3). Bynkershoek. *Obs.* V. 25. *non tam esfet*.

Poenam quidem nullam vim habere,] Nec enim est delictum. add. Cyriac. *Controv.* 554. *num.* 80. *seqq.*

(1) Uti faepius Deponentia. Vid. notata fuperius ad *L.* 19. *pr. de Jurisdiction.* Hal. tamen habet: *suspicabantur*. Vid. Brencm. *h.*

(2) Etiam Charond. in margine.

(3) Probante Ottone, *in Alfen. Var. Cap.* 8. §. 5. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1680. *Non tutum esfet*, Hoffman. *Melet. ad Pand. Disf.* XXVII. §. 6. *Aliud nominatum esfet*, Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 6. §. 4. *p.* 216. Jauchius, *de Negation. Pand. p.* 310. *mendum esfet*, atque ita restituendum, putat quoque Brencm. *h.*, quia Flor. olim fuit *montum*, feu potius *mentum*. *Vitium esfet*, Trotz. *de Memor. Propag.* I. 6. §. 3. *p.* 347. *seqq.* ubi late de hac Lege. Puttman. *Conject.*

ject. §. 2. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 91. *non Dama esset.* Sed idem, *Melotem. Jur. Civ. Cap.* 6. §. 4. *ibid. p.* 174. nihil mutandum censet. *Non nominatum esset*, J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 12. §. 5. *p.* 110. — De nomine *Philargyrum*, in seq. *L.* 28. §. 1., vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 31. *p.* 189.

L. XXIX.

Si in Capitolium adscenderit,] *Non adscenderit*, Cujac. *ad L.* 23. *de hered. instit.* ex *L.* 17. §. 1. *de manumiss. testam.* Sed Merill. *Var. ex Cujac.* III. 31. explicat haec ex *d. L.* 23. §. 1. ut scil. aliter ii, quorum interest, possint petere, ut Praetor tempus praefigat. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 174. *pr. de reg. Jur.* (1).

(1) Et Voet. *ad Tit. Pand. de cond. instit.* §. 27. add. de hac conditione Püttman. *Adversar. Jur.* I. 11. *p.* 173. *seq.*

L. XXXI.

Sed et Pamphilam defectam conditione *videri*,] Quae habetur ut mixta. Sand. *Decis.* IV. 6. *Def.* 2. Non, ut mere potestativa, uti Zoës. *ad h. t. Pand. num.* 30. *et* 31.

L. XXXII.

Unquam *ad libertatem perventurum*,] *Nunquam* citat Auctor, *de Latin. Vett. JCtor. p.* 365. non addens auctoritatem (1): probat tamen Jauch. *de Negat. Pand. p.* 124. *et* 265.

(1) Vid. Duker. *ibid. not.* 43. et Sammet. *Opusc. p.* 171.

L. XXXIII.

Neque legatario,] D. Goth. *in not.* „Imo, Legatario nocet: nam falsa demonstratio legati non facit legatum, etc." Haec diversa sunt (1).

Et hoc ita Juris Civilis ratione, et Constitutionibus etc.] D. Goth. *in not.* „De Juris et Constitutionum differentia vid. Cujac. *Obs.* VII. 19." et *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 8. *de postuland.*

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 15. *num.* 2.

L. XXXIV.

Nominatim alicui legatur ita, etc.] *Si nominatim alicui legetur* etc. Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. Vid. Geb. *h.* Quare particula *plerumque* addatur in seq. §. 1. vid. apud Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 323.

L. XXXVI.

Marcellus Lib. sing. Responsorum.] Junge *L. ult. de fideic. libertat.* (1).

Atque ita Maevius decessit.] *Ita* pro *deinceps*, *sive*. *L.* 20. *de excusation.* (2).

(1) Add. Perrenon. *Animadv.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 632. Ad verba: *deinde ex Calendis Januariis* etc. vid. Land. *Exercitat.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1428.

(2) Ad quam vid. notata.

§. 1.

Quod si filius meus sedecim *annos* etc.] *Quatuordecim*, Cujac. *ad L.* 5. *qui testam. fac. poss.* non necessarie, et lectio vulgata hujus Legis bene potest defendi. add. Perrenon. *Animadv.* II. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 631.] (1).

Etenim videri contra voluntatem testatricis repraesentationem fideicommissi desiderari,] Add. *L.* 18. §. 2. *de alim. legat. L.* 5. *Cod. quando dies legator.* et Averan. *Interpr. Jur.* II. 21. *num.* 19. *seqq.*

(1)

(1) Et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 28. *not.* 89.

L. XXXVII.

Etsi a Legato non repellatur, non est compellendus, ut manumittat,] Vid. ad *L.* 31. *de Legat.* 2do. quae huic opponitur.

L. XXXVIII.

Tamen ex testamento valet,] Facit huc *L.* 21. §. 1. *qui test. fac. poss. L. ult. pr. de Legat.* 2do. *L.* 25. *de reb. dub.* (1).

(1) In seq. *L.* 39. *pr.* pro *non ad certas et* notas *personas,* Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 7. ope geminationis, legit: *notatas.* et in §. 1. pro *qui testamentum fecerit*, Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 5. §. 10. *p.* 30. legit: *quum testamentum* etc. Sed vid. Hier. van Alphen. *Diss. de Javolen. Prisc. Cap.* 3. §. *ult.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 94. *Novissimum* in fin. excidisse, aut subaudiendum esse, putat Jens. *in Strict. ad Pand. p.* 312.

L. XL. (1).

(1) Ad §. 1. *h. l.* vid. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 152. *seq.* add. E. G. Lagemans, *Diss. de A. Cascellio JCto*, *p.* 84. *seq.* Lugd. Batav. 1823. — Ad §. 2. quaedam notavit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 312.

§. 3.

Quia dominus servo nihil debere potuisset.] Add. *L.* 41. *de pecul.*

Ego puto, secundum mentem testatoris etc.] Facit huc *L.* 26. §. 1. *quando dies legat.*

§. 5.

Si satisdedissent etc.] Id non opus in re immobili. Fab. *Cod.* II. 39. *Def.* 19.

L. XLI.

Ideoque interim delegari (1) *non potuerunt.*] Ut scil. statim res effectum sortiretur: aliter potest. *L.* 8. §. 1. *L.* 14. §. 1. *de novation.* *L.* 4. *de transact.* Os. Aurel. *Dispunct.* 41. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 792. *seq.*] ubi agit contra Merill. *Var. ex Cujac.* I. 41.

(1) Hal. et Vulg. *legari.* Sed Florentinam confirmare Graecos, monet Leunclav. *Notat.* II. 76. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1521. add. Brencm. *h.*

L. XLII.

Africanus Lib. II. *Quaestionum.*] Junge *L.* 23. *de m. c. donation.* add. Cujac. *Tract.* II. *ad Afric.* *in expl. h. l.*

Procul dubio domini est, non servorum legatum.] Et morte domini finietur.

L. XLIII.

Plautius: etc.] Hujus sunt haec verba, quibus notas adjecit Paulus. Inepte D. Goth. *in not.* „Puta Plautius patronus."

Ut perceptis *sibi decem*, etc.] *Praeceptis*, Rob. Steph. (1).

Totam hereditatem revenderet:] *Redderet*, Rob. Steph. *Rependeret*, id est, redderet, restitueret, Bynkersh. *Obs.* VII. 25. *num.* 6. (2).

Fideicommissarium pro rata, quod solvit,] Heredi pro tota hereditate.

Nam quemadmodum praestatione fideicommissorum et le-

ga-

gatorum heres exoneratur] Si patronus partem bonorum abstulerit.

Ita etiam ipse partem *consequi debet.*] Non totam.

(1) Etiam Charond. in margine. *Prae* et *per* saepe permutantur. Vid. notata superius ad *L. 4. de agnosc. et al. lib. not. 2.*

(2) *Restitueret*, in MS. Charond., ut notat *h.* in margine.

§. 1.

Quia in solidum conditioni paretur.] Juxta Leges.

§. 2.

Si is, cui legatum est, non potest etc.] Ut orbus. (1).

(1) Ad seq. §. 3. vid. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 5. §. 3. *p.* 66.

L. XLIV.

§. 2.

Certe statuliber, quin domino dare debeat, etc.] Id est, possit. add. *L.* 6. §. 4. *de stat. liber.* (1).

(1) Bilderdyk. *Obs. et Emend.* I. 21. pro *statuliber* legit: *statim liberari*, quem vid. de hac Lege.

§. 5.

Et benignius est, etc.] Quod potest ferri, quia non est ex bonis defuncti.

§. 6.

Reddi, quod dedit.] Heredi.

§. 8.

Sed ego contra puto.] Facit huc *L.* 81. §. 1. *de Legat.* 1°. (1).

(1) In seq. *L.* 45. verba: *quod ei deberet, heres accepto tulisset*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 7. *num.* 2. ita interpungit: *quod ei deberet heres, accepto tulisset.*

L. XLVII. (1).

* *Saepe numero tamen* etc.] Non erat ponendus asteriscus.

Quamquam id expresserit testator, etc.] Add. *L.* 52. *h. t.*

(1) Legem hanc, omissa inscriptione, ab Hal. et Vulg. antecedenti jungi, notat Brencm. *h.*

L. XLVIII.

Cum sextum decimum annum ingressus fuisset,] D. Goth. *in not.* „ *decimum quartum*, Cujac. etc. " Ob *L.* 49. *pr. de Legat.* 1°. (1).

Aurelius Imp. Antoninus (2) etc.] D. Goth. *in not.* „ Aliud judicavit Imp. Hadrianus, *L.* 74. §. 1. *ad SCtum Trebell.* (3)" et Caracalla. Marcelli tamen sententiam magis obtinuisse, putat Cujac. *ad L.* 5. *qui testam. fac. poss.*

(1) Probante Fornerio, *Rer. Quotid.* III. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 197. Sed vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 28. *not.* 89. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 7. Rucker. *Diss. de Nat. et Civ. temp. comp. Cap.* 3. §. 16.

(2) *D. Pius* hic intelligatur, an *Marcus*, incertum. Vid. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 13. *seq.* et Hier. van Alphen. *Diss. de Javol. Prisc. Cap.* 4. §. 3. *not. w.* in eod. Thes. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 47. *Marcum* intelligit Joh. de Back. *Diss. ad L.* 1. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contrah. Cap.* 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 88. et Pothier. *h. t. num.* 186.

(3) Vid. Merill. *Obs.* I. 5. et Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 18. Aliter Huber. *in Prael. ad Tit. Pand. de reb. dub.* §. 4. add. citatos inferius ad *d. L.* 74. §. 1.

L. XLIX.

Si in *annos decem* etc.] *Intra*, Hal. male, ob *L.* 41. §. 2. *de manumiss. testam.* Cujac. *ad* §. 3. *Inst. de verb. oblig.* *In* pro *intra* accipit Bynkersh. *Obs.* III. 15. (1).

Novissimo ejus temporis die Legatum debebitur, etc.] Unum ergo tantum Legatum est. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. quando dies Legat. vel. fideic. ced.* Chef. *Differ. Jur. Cap.* 24. *num.* 11. [in *Jurispr. Rom. et Attic.*, *Tom.* II. *p.* 688. *seq.*] D. Goth. *in not.* „Imo, statim, *L.* 41. *in fin. de man. test.*" Non obstat. Vid. *ibid.* (2).

(1) Neutrius sententiam plane admittit Rucker. *Diss. de Civ. et Nat. temp. comp. Cap.* 3. §. 17. *seqq.* ubi late de hac Lege.

(2) Add. Rucker. *d. loc.* §. 19. *seqq.*

L. L.

Verum etiam quas rationes, quaeque instrumenta etc.] Add. *L.* 82. *h. t.* (1).

(1) Rescripti hujus auctorem Ulpianus hic laudat *Pium*, sed in *L.* 1. §. 7. *si is qui testam. lib.* etc. *Marcum.* Vid. Noordkerk. *Obs. Cap.* 6. *p.* 122. *seqq.* qui in *d. L.* 1. pro *Marcus* reponendum putat: *Pius.*

L. LI. (1).

(1) Vid. ad hanc Legem Joh. van Nispen. *Diss. ad Libb. Modestin. Differ. Cap.* 6. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 43. *seq.*

§. 1.

§. I.

Et h[illegible]is heredi dando etc.] Vid. *L.* 34. *pr. de stat. liber.* ubi Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion.* (1).

(1) *Publicium*, cujus hic mentio fit, non eundem esse, cujus meminit Pomponius in *L.* 2. §. 44. *de orig. Jur.*, observat Bynkersh. *Obs.* III. 7. add. van Nispen. *laud. Diss. p.* 45. Aliter Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 154. *seq.* qui *ibid. p.* 159. *seq.* hunc §. explicuit.

L. LII.

Nonnunquam contingit, etc.] Add. *L.* 47. *h. t.*

Non tamen poterit aliis *verbis utiliter legari*,] An, *illis*?

Nam in alienam voluntatem etc.] Vid. ad *L.* 1. *pr. de Legat.* 2do.

L. LIII.

Si quis servum etc.] Add. *L. ult.* §. 1. *de liber. legat. L.* 3. §. 9. *de adim. legat.* Merill. *Obs.* VII. 34. (1).

(1) Vid. et Brencman. *de Eurematic. Cap.* 10. ubi hanc Legem explicuit.

L. LIV.

In Commentariis Gaji *scriptum est*,] Lege: *Cassii.* Sic *L.* 78. *de solution.* Menag. *amoen. Jur. Cap.* 43. *p.* 428. (1).

Diesque pubertatis habet aliquam temporis demonstrationem.] Non est mera conditio.

(1) Add. Schulting. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 16. §. 2. *not.* 23. et Hier. van Alphen. *Diss. de Javol. Prisc. Cap.* 4. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 50. *seq.*

§. 1.

Si alter ex his quinquaginta dederit,] Add. *L.* 56. *h. t.*

L. LV.

Conditioni parere debet, etc.] Vid. *L. Paulus.* 3. *de reb. dub.* et *L.* 20. §. 1. *de cond. instit.* (1).

(1) Vid. de hac Lege Hier. van Alphen. *Diss. modo laud. Cap.* 2. §. 3. *p.* 27. *seq.*

L. LVI.

Dissimilis est caussa, cum duobus eadem *res sub conditione legata est.*] Add. *L.* 54. §. 1. *h. t. Eâdem — sub conditione*, dandi scil., non faciendi, ob *L.* 13. *pr. et* §. 2. *de manumiss. testam. L.* 13. §. 2. *de stat. liber.* Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 7. *num.* 3. Sed hoc potest intelligi per se, etsi *eadem* legas (1).

Et ideo singuli cum *sua parte* etc.] D. Goth. *in not.* „*Pro sua parte*, Hal." et Rob. Steph. (2).

Quamvis summa universae conditionis *sit adscripta*,] An, *universa conditioni?*

Scindi ex accidenti conditio non debet,] Exceptio *L.* 4. §. 6. *de stat. liber.* add. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. oblig. Cap.* 20. [*Oper. Tom.* I. *p.* 170.]

(1) Add. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 6. *p.* 31. *seq.*
(2) *Pro* etiam Taurell. in margine, et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. LVII.

Quo minus praestet et *operas:*] *Et* repetitum ex praec. verbo et male (1).

(1) Aliter Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 347. ubi de hac Lege.

L. LIX.

Ulpianus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 235. *et* 237.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 396. *et* 399. (1).

(1) Egit de hac Lege etiam Jos. Fern. de Retes, *Excurs. Analect. Exc.* V. *Illat.* 3. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 1273. *seq.*

§. 1.

Et is in insulam deportatus est:] Is hic pro mortuo non habetur, ut alias. *L.* 1. §. 8. *de bon. poss. contra tabb.* idque cohibendorum caducorum gratia. Cujac. *Obs.* III. 10. Forner. *Selection.* II. 20. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 70.] (1). Hinc vero liquet, fisco hic non adquiri. Vid. Matth. *de Criminib. L.* XLVIII. *Tit.* 18. *Cap.* 2. *num.* 14.

(1) Vid. et Merill. *Obs.* V. 13.

L. LX.

Paulus Lib. VII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofr. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 37. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.]

§. 1.

Sicut etiam cum suo onere hoc ipsum vindicat.] Non ergo hoc pertinet ad conditionem ipsis relictis additam; sed ad onera rei relictae addita. Matth. *de Criminib. loc. modo laud.*

L. LXI.

Ulpianus Lib. VIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 23. [in Thes. Otton.

Otton. *Tom.* III. *p.* 228.] et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 344.

Sive post mortem nascatur.] *Nascantur*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. probante Brencm. *h.*

L. LXII.

Terentius Clemens Lib. IV. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 270. *et* 288.

Sed si (1) *hoc specialiter expressit testator*, etc.] Aliter non. Conf. *L.* 25. *h. t.*

(1) Reiz. *in Obs. Miscellan. Vol.* X. *p.* 365. particulas *si* et *etiamsi* transponit, legens: *sed etiamsi hoc specialiter expressit testator, si ex alio* etc. putatque Legis sensum hunc esse: etiamsi testator specialiter legaverit uxori, si ex alio marito post testatoris mortem liberos procreaverit, atque illa non ex alio marito, sed ex ipso testatore post factum testamentum liberos pepererit, nihilominus eam ad Legatum admitti.

§. 1.

Amplius Legi concessae portionis relicta est,] Al. *amplius Lege concessa portione relictum est* (1).

Quasi non capiat id, quod deroget.] *Eroget*, Rob. Steph. (2).

Non amplius Legi concessae portionis *ad eum subsideret.*] Al. *Lege concessa portione.* Non tamen ignoro, Comparativa interdum Genitivo jungi. Vid. Voss. *de Art. Grammatic.* VII. 15. (3).

(1) Vid. Brencm. *h.*
(2) Etiam Hal. et Vulg.
(3) Add. Periz. *ad Sanct. Minerv.* II. 10. *not.* 2.

§. 2.

Quia magis cura liberorum, quam viduitas injungeretur.] Add. *L.* 31. *qui et a quib. manumiss.* etc. (1).

(1) De ipsa conditione: *si a liberis ne nupserit*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 351. *not.* 11.

L. LXIII.

Gajus Lib. III. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 224.] (1).

(1) Ultima verba seq. §. 1. *cum nubere jubetur*, varie corrigunt Interpretes. Steph. Hal. et omnes fere antiqui editores *cum* omittunt. Vid. Bynkersh. *de Legat. poenae nomine, Cap.* 5. qui uno spiritu legit: *cumnubere*, aut particulam *cum* transponit, hoc modo: *et cum Titio, cui inhoneste nuptura sit, nubere jubetur.* Posterius probat Brencm. *h.* Prius non improbat Noordkerk. *Obs. Cap.* 1. *p.* 20. Aliter Marckart. *Interpr. rec. Lection.* I. 4. §. 2. qui nihil mutat. Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* I. 7. legit: *cum nubet, nubere jubetur.* Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 17. *p.* 118. *uni nubere jubetur.* Puttman. *Interpr. Cap.* 6. §. 2. *p.* 22. transponit verba: *nubere prohibetur*, hoc modo: *nam et ceteris omnibus, et Titio, cui inhoneste nuptura est, nubere prohibetur, cum nubere jubetur.* Aliter rursus M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* II. *Cap.* 3. §. 11. *not.* 5. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 91. *seq.* qui legit: *eam nubere jubetur.*

L. LXIV.

Terentius Clemens Lib. V. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 224.]

Si Ariciae (1) *non nupserit*,] Late de hoc casu Cyriac.

riac. *Controv.* 451. ubi tamen est casus alius, scil. ut, nisi illic nubat, legitimam solam habeat.

Quae alibi (2) *nuptias* etc.] Honestas scil.

Sobolis scil. procreandae caussa latam,] Vid. Jac. Goth. *loc. modo laud.* [p. 205.]

(1) Parva civitas est penes Romam. Pothier. *h. t.* *num.* 34.

(2) Hal. et Vulg. *alibi.* Vid. Brencm. *h.* Sed vid. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *aliubi.*

L. LXVI.

Si conditiones impletas esse praestabit,] *Constabit*, Rob. Steph. (1).

(1) Probante Brencm. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 131.

L. LXVII.

Legatarius de non liberando satisdedit,] Cautione Muciana.

Et si postea servum manumiserit, etc.] Add. *L.* 73. *h. t.*

L. LXIX.

(3) Sequitur: *quippe non nostri caussa* etc. *Quippe non mortis caussa*, legit Voorda, *d. loc.* post Goveanum et Cujacium. add. Pothier. *d. loc.*

(4) In quibusdam ita legi et interpungi: *prorsus intellectum est. Diligenter* etc. notat Charond. in margine. Pro *rursus* Taurellium edidisse: *rorsus*, sed Flor. ab ordinaria manu superscriptam esse *P*, ut fit *prorsus*, atque ita omnes scriptos et editos habere, notat Brencm. *h.* — Ad verba seq. §. 2. *quod enim, remota Lege Falcidia*, etc. vid. Voorda, *d. loc. Cap.* 8. §. 23. ubi de hoc et seqq. §§.

§. 3.

Verum est autem his *solis*, etc.] *In his*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 15. *num.* 4.

Ex portione, quae fieri *ad aestimationem* etc.] *Fuerit*, Rob. Steph. (1).

(1) *Fieri solet*, Hal. Vid. D. Goth. *in not.*

§. 7.

Quae conditionis implendae caussa etc.] Vid. *L.* 65. *h. t.* (1).

Ab eo, cui hereditatem restituere rogatus est,] D. Goth. *in not.* „ *ab eis, quibus res certas restituere rogatus est.* Ita emendat Ant. Fab. etc." Audacter.

Celso et Juliano nostro placuit computari:] Ob aequitatem. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 2.

Sed id verisimile non est, cum talis oratio etc.] Obstat *L.* 11. §. 3. *de Legat.* 3°. (2).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 5. *seq.*
(2) Ubi vid. notata.

§. 8.

Vel servo ejus legata, etc.] Facit huc *L.* 20. *h. t.* ubi vide (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 9. §. 1. Sequitur: *Alia caussa est eorum, quae* in diem certam *datur*. Ita Vulg. Flor. *in die certa*. Sed Cujac. *Obs.* XIV. 10. legendum censet: *die incerta*. add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. quando dies Legator.* etc. §. 2. Sequitur: *nam, si* libertatis *dies coepit cedere*, etc. Cujac. *d. loc.* legit: *nam si liberato* etc. id est, manumisso: probante Pothier. *h. t. num.* 55.

L. XXXII.

§. 1.

Cum bonis actoris,] D. Goth. *in not.* „ *tum bonis*, Hal. *in bonis*, Govean." Non opus.

Augmentum rei decessionemve,] D. Goth. *in not.*" *Augmentum, tum rei decessionem*, P. Faber, etc." Et Forner. *Selection.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 74] (1).

(1)

(1) Probante etiam Pothier. *h. t. num.* 20. et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 4. *in not. p.* 149. *seq.* quem etiam vid. *ibid. Cap.* 12. §. 16. ad seq. §. 3.

§. 4.

Vindius noster tantum Sejo pro portione ex quinque detrahendum ait,] D. Goth. *in not.* „Imo nihil detrahendum. *L.* 25. etc." Alii casus sunt (1).

Ut totum, quidquid ex testamento cepisset, restitueret.] Quod fieri potest, etsi Legatum repudietur. Duaren. *ad h. t. Cap.* 6.

(1) Explicuit hunc §. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 271.

L. XXXIII.

Recipere *possis,*] D. Goth. *in not.* „*reficere,* Govean.". Non opus (1).

(1) Speciem hujus Legis proponit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 334. Sequitur: *Senatus censuit,* etc. Hujus SCti nomen et aetatem ignorari, observat Pothier. *h. t. num.* 16.

L. XXXVI.

§. 4.

Nunquid *incerto eo,* etc.] D. Goth. *in not.* „Particulam *nunquid* expungit Goveanus." Sine causa (1).

Si quid ex operis ejus medio tempore consecutus fuerit heres,] Ex parte dominus servi.

Id in pretium ejus erogare eum debere propter Legis Falcidiae rationem.] Ut tanto minus detrahat ab aliis Legatariis. Gloss. *h.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 17. — Praecedenti §. 3. non obstare *L.* 21. §. 1. *eod.* docet Voorda, *ad L.*

Falcid. *Cap.* 12. §. 12. *p.* 334. — Sequentem *L.* 37. explicuit P. Fiers Smeding, *Diss. de Salvio Aburnio Valente*, *p.* 99. *seqq.* Lugd. Batav. 1824.

L. XXXVIII.

Statuliber heredis non auget familiam (1).] Sed interea adquisita considerantur in hac Lege, Glosf. *h.*

(1) Pertinere hunc locum non ad L. Falcidiam, sed ad L. Fusiam Caniniam, docet Voorda, *d. loc. Cap.* 8. §. 1. et §. 16. *p.* 178. Vid. et Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 278. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. XXXIX.

Aeris alieni] Heredi debiti, Fab. *in Ration. ad L.* 8. §. 9. *de inoff. test.* de quo vide (1).

Vel detectae eorum *conjurationis*,] D. Goth. *in not.* „*reorum*, Hal." et Rob. Steph. (2).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 8. §. 15.
(2) Vid. tamen Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 8. §. 3. et Brencm. *h.*

L. XL. (1).

(1) Hujus Legis *pr.* exposuit Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. epitom. Libb. Tom.* II. *p.* 785. *seqq.*

§. 1.

Is in toto fundo legatarius habebitur.] Sed vid. *L.* 30. §. 1. *h. t.* Glosf. ait, dari hic conditionis implendae caussa. *L.* 30. §. 7. *h. t.* (1).

(1) Add. Finestr. et de Monzalv. *d. loc. p.* 795. *seqq.* ubi hunc §. explicuit.

L. XLI.

L. XLI.

Dolo carere non videtur, etc.] Vid. Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L. ult. de negot. gest.* (1).

(1) Sequentem *L.* 42. apud Hal. et Vulg. errore rejectam esse post proxime sequentem, quod esset ad marginem Libri Flor. scripta, observat Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1500. add. Brencm. *h.* — Ad seq. *L.* 44. vid. Langebek. *Annotation. Cap.* 26. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 564. et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 6. §. 8. *p.* 98. *seq.*

L. XLV. (1).

(1) *Pr. quod in* diem *relictum est:* etc. *Certum.* Vid. Voorda, *d. loc. Cap.* 9. §. 8. *p.* 224.

§. 1.

Ut tantum videatur vi *deberi*,] *Vi* delet Bynkersh. *Obs.* VII. 25. *num.* 5.

Cautionibus ergo melius res temperabitur.] Vid. *L.* 73. §. 1. *et* 2. *h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 9. §. 6. et Pothier. *h. t. num.* 58.

L. XLVI.

Qui, quod per Falcidiam retinere poterat, etc.] Vid. Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 18. *num.* 4.

Cogendus est solvere.] D. Goth. *in not.* „Imo, non est cogendus: etc." Hic agitur de ipso herede, juri proprio renunciante. *L.* 71. *h. t.*

L. XLVII.

Sed hoc ex post facto apparebit,] D. Goth. *in not.* „Imo, ab initio computatio fieri debet. *L.* 68. *h. t.*"

Ratione aliorum Legatariorum: hic ratione hujus solius. Glosſ. *h.* (1).

Integrae pensiones annuae dabuntur;] Sed sub cautione.

(1) Aliter Pacius, quem laudat Pothier. *h. t. num.* 78. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 17. Vid. et de hac Lege Voet. *ad h. t. Pand.* §. 7. et in primis Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 12. §. 13.

§. 1.

Nunquam Legatarius, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo aliquando. etc." add. Cujac. *ad Nov.* 1. *p.* 534. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 14. *Thes.* 2. *Lit. a. p.* 850. *seq.* (1).

(1) Vid. et Voorda, *d. loc. Cap.* 5. §. 3. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 10. Errasse hic Ulpianum, ait Jens. *Strict. ad Pand. p.* 331. *seq.*

L. XLIX.

Atilicinus, Nerva, Sabinus,] *Labeo*, Gilb. Regius, *Enantioφ.* II. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1504.] male. Cujacius, *Obs.* XXVI. 11. putat, errasse Paulum. Sed vid. D. Goth. *ad L.* 1. *rer. amotar.* (1).

Communi autem servo cum legatum sit, totum pertinere ad socium:] Vid. *L.* 63. §. 9. *pro socio.* Add. Freher. *Parerg.* II. 15. [in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 924.] (2).

(1) Et ad eam Legem notata superius.
(2) Vid. et Langebek. *Annotat. Cap.* 34. in eod. Thes. *Tom.* I. *p.* 572. et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 12. §. 6. Minus bene Jens. *Strict. ad Pand. p.* 337. *seq.*

L. LII.

Cum ducentos aureos *in bonis haberet*,] Hoc est a Triboniano. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de success. libertor.*

Et legavit filio *centum viginti* (1),] Bona mente exheredato.

Deminutio legati, quod extraneo praeſtat (2) *legatum,* etc.] Ex quo patronus ſibi conficit tertiam partem bonorum, et Legatarius extraneus habet reliqua. Jan. a Costa, *d. loc.* *Legatum* abest apud Rob. Steph. recte. (3).

(1) *Viginti* delet Cujac. *Obſ.* XXV. 24. probante Pothier. *h. t. num.* 56.

(2) *Non praeſtat*, Cujac. *d. loc.* *Non praeſtatur*, Govean. *ad h. l.* Vid. D. Goth. *in not.*

(3) Hal. *praeſtatur*, omisso τῷ *legatum.* Trotz. *Memor. Propag.* I. 9. *p.* 628. pro *legatum* legit: *legator*, id est, Testator. Sed Pothier. *d. loc.* vel expungendum *legatum* cenſet, vel cum Cujacio, *loc. cit.* deletis vocibus: *deminutio legati*, ſimpliciter legendum: *quod extraneo non praeſtat legatum, proficit* etc. Aliter Fr. Marſ. Gordon. *Praetermisſ. Cap.* 3. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 834. *ſeq.* et Jenſ. *Strict. ad Pand. p.* 339.

§. 1.

Quacunque ex causſa Legata non praeſtantur, etc.] Vid. *L.* 50. *et* 51. *h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 1.

L. LIII.

Non (1) *tota vindicabuntur.*] Sine cautione. Vid. Gloſſ. *h.*

(1) D. Goth. *in not.* „*tamen tota*, Govean." Sed Florentinam firmare Baſil., notat Brencm. *h.*

L. LV.

Et judex Legis Falcidiae rationem etc.] Arbiter. *L.* 12. *h. t.*

Tanti litem aeſtimare debeat (1), etc.] Vid. *L.* 45. §. 1. *h. t.* Sed ſententia illa ibi rejicitur. (2).

Mortuo autem Titio non aliud spectari debet, etc.] D. Goth. *in not.* „Imo cautio exigenda est. etc." Ridicule: mortuo Titio.

(1) Melius Hal. *debet.* Sed etiam Flor. initio fuisse *debet*, et *debeat* esse ex correctione, notat Brencm. *h.*
(2) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 3. et *Cap.* 12. §. 14.

L. LVI.

Quid enim interest, peculium servi etc.] Vid. ad *L.* 83. *h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 8. §. 11. *p.* 190. *seq.* et Pothier. *h. t. num.* 34. quem etiam vid. *ibid.* ad seq. §. 1.

§. 2.

Si idem servus defuncto et alii etc.] Uti duobus reis credendi. (1).

(1) In seq. §. 3. pro *aut ei proprietatem* etc. Govean. *ad h. l.* legit: *aut ejus proprietatem* etc. Sed vid. Voorda, *d. loc. Cap.* 12. §. 11. *in not. p.* 331. quem etiam *ibid.* §. 12. vid. de seq. §. 4.

§. 5.

Quia vivus videtur heredi futuro providere.] Hac enim intentione dedit. Vid. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 4. *num.* 13. *seqq.* (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 14. §. 3. Vid. et Grangian. *Paradox. Jur. Civ. Cap.* 50. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 640.

L. LVII.

Et sane in plerisque ita observatur, ut omissa interpositi, etc.] Obstat *L.* 1. §. 12. *de dot. praeleg.* ubi vide.

L. LVIII.

L. LVIII.

Etiam post longum tempus] Intra tamen triginta annos, ex quo agere potuit.

L. LIX.

Qui id egerit, ut fideicommissum intercidat.] In casu *L.* 24. *h. t. L.* 6. *de his quae ut indign.* non etiam *L.* 18. §. 1. *si quis omiss. causs. test.* Cujac. *ad Nov.* 1. *p.* 532.

§. 1.

Ad fiscum pertinet ex Rescripto D. Pii.] Vid. *L. pen. de Jur. fisc.*

L. LX.

§. 1.

Cum in litem juratum est,] Ut *L.* 68. *de reivindic.* (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 8. quem etiam vid. ad *pr. h. l. ibid. Cap.* 13. §. 2. *p.* 353.

L. LXI.

Utpote, cum is, confitendo, veram aestimationem praestare poterat.] Vestigium Juris veteris, de quo §. *ult. Inst. de oblig. quae quasi ex contr.* ubi vid. Merillium (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 9. §. 8. *p.* 223.

L. LXII.

Ulpianus Lib. I. *ad L. Juliam et Papiam.*] *Lib.* IV. Jac. Gothofred. *in not. ad Cap.* XII. *L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 221.] Dissentit Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 63. *et* 106.

In Lege Falcidia etc.] *Julia et Papia* scripsit Ulpianus. Jac. Gothofred. *d. loc.*

Ut,

Ut, etc. in ea re dividi inter eos debere obligationem,] Constructio Graeca. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1278. (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 16. *de adm. et peric. tutor.* Malam versionem dicit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 340. Hal. *debeat obligatio.* De re ipsa vid. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 5.

§. 1.

Nec quicquam eorum formali *pretio aestimandum esse,*] Vid. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 19. (1).

(1) Qui *formale pretium* interpretatur, quod quis arbitrio suo format ac fingit pro affectu suo, et utilitate singulari. Pari modo Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* II. 12. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 779. Pothier. *h. t. num.* 58. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *formalis.* Alii aliter. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 11. et Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 414. *not.* 2. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de suariis,* etc. *Tom.* V. *p.* 192. Goes. *ad Sueton. in Caesar. Cap.* 42. *Tom.* I. *p.* 99. ed. Burman. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 31. *p.* 254.

L. LXIII.

Paulus Lib. II. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 220.] (1).

Pretia rerum non ex affectu etc.] Vid. Grotium, *de Jur. belli ac pac.* II. 12. §. 14.

Communiter] *Communi jure* legit Herald. *Animadv. in Salmas. Obs. ad Jus Attic. et Rom.* II. 4. *num.* 6. male.

Funguntur.] D. Goth. *in not.* „*Finguntur*, Hal. male. *Fungi* est succedere in locum rei, etc." add. Jac. Gothofred. *de Function. et aequal. in mutuo.* [*Oper. Mi*-

nor.

nor. p. 517.] *Figuntur*, Nic. Catharin. *Obs.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* I. p. 487.] male. (2).

Qui noxa nocuit:] Quem forte longe pluris aestimavit. Govean. *ad h. l.* D. Goth. *in not.* „*noxam*, Vulg. etiam Flor." Cur igitur aliter editum? *noxam* quoque Rob. Steph.

Nec enim delinquendo quisque pretiosior fit.] Sed minoris.

(1) Add. Gluck. *Tit. de Pactis*, §. 332. *not.* 41. *p.* 445.
(2) Add. Gluck. *d. loc. not.* 25. *p.* 439. *seq.* et notata superius ad *L.* 33. *ad L. Aquil.* Malam versionem dicit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 341.

§. 2.

Nonnullam tamen pretio (1) *varietatem loca, temporaque adferunt:*] Conf. §. 33. *Inst. de action.*

(1) *Pretii*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. LXIV.

Ulpianus Lib. XIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 237.]

Et quanto quidem minus per Legem Falcidiam etc.] *Falcidiam* Triboniano adscribit Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 409.

Sententiae testatoris standum est.] Add. *L.* 88. §. 2. *h. t.* (1).

(1) Add. Kellinghusen. *Diss. de Nonnull. Legib. Roman. Cap.* 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 19. *seq.* Voorda, *Elector. Cap.* 22. ubi late de hac Lege. Pothier. *h. t. num.* 63. Signum interrogandi post: *standum est*, poni vult Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 7. §. 1. *p.* 40.

L. LXV.

Paulus Lib. VI. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 428.

Nam constat, etiam Falcidiam eum pati posse:] Vid. *L.* 30. §. 7. *h. t.* (1). Heinecc. *d. loc.* vult, haec esse Triboniani, et scriptum olim: *nam constat, etiam Legem Papiam hoc Legatum pati posse.*

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 7. §. 3. *p.* 111. *seq.*

L. LXVI.

Ulpianus Lib. XVIII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. Caduc. Cap.* 37. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 240.].

Non videntur decem huic legata, sed minus decem, etc.] Facit huc *L.* 73. §. 4. *h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 9. §. 8. *p.* 225. *seq.*

L. LXVII.

Scilicet, ut subducto eo, etc.] *Scilicet* delet Leonin. *Emend.* V. 7. *num.* 5. non recte.

Si non excedat statutam Lege portionem,] Pone casum ex *Ulpian. Fragm. Tit.* 15. (1).

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 8. add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 12. §. 4. *p.* 312. et Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de SCto Trebellian.* §. 13.

L. LXVIII.

Aemilius Macer Lib. II. *ad Legem* vicesimam *hereditatium* (1).] *Vicesimae*, Gronov. *de Pecun. Vet.* III. 13. (2).

Computationi in alimentis faciendae hanc formam esse, etc.] An et in aliis? Vid. Sand. *Decis.* III. 14. *Def.*

14.

14. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vend. Part.* III. *Cap.* 4. *num.* 32. Alibi in similibus casibus alia tentantur, nec proprie haec sunt contraria. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand. num.* 3. (3).

Ejusque quantitatis Falcidia *praestetur*,] *Vicesima* forte scripsit JCtus (4): quamvis etiam fieri potuerit, ut, quod Ulpianus scripserat de *Falcidia*, Macer ad *vicesimariam Legem* transtulerit. Facit huc §. *ult. h. l.*

Solitum est tamen a prima aetate etc.] Haec omnia Triboniano adscribit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 9. *error.* 10. An non tamen Macri tempore aliqua hic esse potuit mutatio?

Nunquam ergo amplius, quam triginta annorum etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, amplius: constat enim alimenta cum vita finiri. etc." Alia est quaestio.

Triginta annorum] Uti in infante. Hanc quidam dixere aetatem hominis. Artemidor. II. 75. Vid. Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 25. [*Oper. Tom.* III. *p.* 397.]

(1) Vocem hanc Hal. et Vulg. initio Legis assuunt, legentes: *Hereditatum computationis*, vel *computationi*. Vid. Brencm. *h.* Pluribus hanc Legem exposuit Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 5. add. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* I. 10. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 74. *seqq.* et Pothier. *h. t. num.* 61.

(2) Quod mavult quoque Brencm. *h.* add. notata superius ad *L.* 13. *de transaction.* et ad *L.* 37. *de religios.*

(3) Sequitur: *ut a prima aetate* etc. id est, XVII. annis minore. Bynkersh. *Obs.* IV. 11.

(4) Quod cum Cujacio, *Obs.* IX. 24. etiam suspicatur Burman. *de Vectig. Pop. Rom. p.* 162. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 1. *not.* 1. Dissentit Wieling. *in Lection. Jur. Civ.* II. 32. *p.* 270. Sequitur: *quot aetati ejus ad annum sexagesimum deërit.* Voorda, *loc. cit. p.* 207. legit: *deërunt*, quod mavult quoque Brencm. *h.* Male versioni tribuit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 342.

§. 1.

§. 1.

Quod Ulpianus recte improbat (1).] Facit huc *L.* 67. *de furtis.* Cujac. *ad Nov.* 1. *p.* 532. *seq.* Maxime autem hoc prodest heredi in Legato vindicationis.

(1) Flor. primae literae *im* sunt deletae, unde Hal. et Vulg. habent: *recte probat.* Brencm. *h.* Sed vid. Cujac. *loc. cit.*

L. LXIX.

Usufructu bonorum legato, etc.] Vid. Fab. *Cod.* V. 13. *Def.* 1. *Consil. JCtor. Batav. Tom.* I. *p.* 79.

L. LXX.

Falcidiae stipulatio statim committitur, etc.] Facit huc *L.* 45. §. 1. *h. t.*

Ubi conditio Legati,] Alteri relicti.

Vel debiti] A Testatore.

L. LXXI.

Nec fraus ei fit, etc.] Vid. Gruter. *Inscript. p.* 1160. *n.* 6. (1).

(1) Add. de hac Inscriptione Voorda, ad *L. Falcid. Cap.* 3. §. 5. *p.* 45.

L. LXXII.

Quidquid explicandarum venditionum caussa etc.] Facit huc *L.* 8. *deposit.*

L. LXXIII.

Visum est, mortis tempus spectari.] D. Goth. *in not.* „Imo, aliud visum est Juliano. *L.* 83. *h. t.*" Vid. *ibid.* (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 20. Sequitur: *Qua de caussa si quis centum in bonis habuerit, tota ea legaverit*, etc. Flor. ante *tota* insertum est *et*, quod facile excidere potuit ob antecedens *it*. Brencm. *h.* Sed Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 14. *in fin. p.* 89. pro *si quis* legere mavult: *si qui*.

§. 1.

Sed hoc jure utimur, etc.] D. Goth. *in not.* „ Haec est sententia Proculi, refutata a Paulo. etc. " add. Chesi. *Differ. Jur. Cap.* 81. *num.* 7. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 858.] (1).

(1) Et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 6. *p.* 152.

§. 4.

Quantum interea, etc.] Facit huc *L.* 66. *h. t.*

§. 5.

Per Legem ipso jure minuuntur.]. D. Goth. *in not.* „ Possisne hoc ex loco colligere, Lege Falcidia quartae etiam vindicationem dari? Cujacius negat. etc. " Sed male. Vid. ad *L.* 26. *h. t.* Nec alio nos ducunt Leges ab eo citatae, quae agunt de retentione, quae frequentior est, non tamen hanc actionem negant, si termini sint habiles. (1).

(1) Ad seqq. verba: *v. gr. si is, qui quadringenta* etc. quaedam notavit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 343. *seq.*

L. LXXV. (1).

Deneganda erit actio legati, etc.] Contra juris rigorem. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 4. *num.* 8. *seqq.* (2).

(1) Flor. hic non incipere novam Legem, et omnes etiam scriptos, et editos quoque ante Taurellium, hanc Legem cum praecedente connectere; sed in

Basilic. tamen has leges separari, notat Brencm. *h.*
(2) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 3.

L. LXXVI.

Id autem, quod conditionis implendae caussa etc.] Vid. *L.* 30. §. 7. *h. t.* add. Merend. *Contrev. Jur.* XVII. 4. (1).

(1) Et Voorda, *d. loc. Cap.* 10. §. 5.

§. 1.

Qua ratione placuit, etc.] Benigne. Merend. *loc. modo laud. num.* 4. *seqq.* (1).

(1) Ad seq. *L.* 77. vid. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 14.

L. LXXVIII.

Et placet, etc. *adjuvari Legatarios per deficientem partem* :] Facit huc *L.* 24. §. 14. *de fideic. libert.*

Quia (1) *et Legata, quae apud heredem remanent, efficiunt*, etc.] Add. *L.* 76. §. 1. *h. t.* Heres satis a Lege adjuvatur, dum tantum adquirat: novum ergo a Lege beneficium ei denegatur.

Atque si ad eum ipsum pertineret, a quo defecta fieret (2).] Ex persona enim alterius Legata praestat, et sic ejus jure fruitur (3). Cujacius, *ad Libb. Papin. Resp. in expl. L.* 41. §. 6. *de vulg. et pup. subst.* ait: principale per accessorium posse suppleri, non contra.

(1) *Quin* mavult Jens. *Strict. ad Pand. p.* 353.
(2) Clarius haec exprimere Graecos in Basil., notat Brencm. *h.*
(3) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* XI. §. 4. *p.* 270. *seq.*

L. LXXX.

Quod si pupillus solvat Legata, debent curare tutores pupilli, ut caveant legatarii.] Ratione Titii (1).

(1) Ad seq. §. 1. vid. Voorda, *d. loc. Cap.* 12. §. 9. *p.* 322. et *Cap.* 13. §. 2. *p.* 355. De voce *dividuitatem* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 417. *not.* 7.

L. LXXXI.

§. 1.

Dos relegata, etc.] Add. *L.* 57. *h. t.*

§. 2.

Ut hae quoque extra modum legis essent,] Quasi non fuissent in bonis defuncti tempore mortis (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* 14. §. 7.

L. LXXXII.

Sensisse enim *liberationem plenam* etc.] *Etiam*, Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 12. §. 2. *p.* 366. (1).

Duntaxat usque ad centum.] A mala manu esse, putat Voorda, *d. loc.*

Unde eleganter dicitur, acceptilationem (2) *in pendenti fore*,] D. Goth. *in not.* „Imo stipulatio ex praesenti vires accipit. etc." Ἀλλότριον.

Quod quadrantem suppleat, heredi in quadringenta etc.] Voorda, *d. loc. p.* 307. *suppleat heredi, in quadringenta* etc. ubi et de verbo *supplere.*

Tres partes (3) *ferant Legatarii*,] Unus hic tantum est.

(1) Sequitur: *residua centum durabunt in obligationem.* Sic et Sueton. *in August. Cap.* 32. ubi vid. Goes. *Tom.* I. *p.* 281. ed. Burm.

(2) Id est, ejus effectum. Pothier. *h. t. num.* 21.
(3) Huc usque vetustissimum *Infortiatum* pervenisse, et a verbis: *tres partes*, aliud Volumen inchoari, notat quoque Brencm. *h.* Qua de re, et universe de divisione Pandectarum in *Digestum vetus*, *Infortiatum*, et *novum*, vid. Hugo, *Civilistisches Magazin*, 2. *B. p.* 183. *seqq.* 4. *B. p.* 85. *seqq.* et 5. *B. p.* 1. *seqq.* add. laudatos superius ad inscriptionem Tituli, *soluto matrimonio.*

L. LXXXIII.

Quod aditae hereditatis tempore fuisset,] Cujacius, *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 50. §. 1. *de pecul.* et Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. h. t.* accipiunt de nominibus, quae ante aditam hereditatem sunt facta meliora. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 81. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 856. *seq.*] Facit huc *L.* 22. §. 3. *h. t.* et in primis *L.* 56. §. 1. *L.* 45. §. 1. *L.* 1. §. 9. *eod.* Sic et Bachov. et Vinn. *ad* §. 2. *Inst. h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 21. *p.* 190. *seq.* et Pothier. *h. t. num.* 34.

L. LXXXIV.

Veluti si tutor, cum solveret Legata, non interposuerit stipulationem,] Facit huc *L.* 80. *pr. h. t.*

L. LXXXV.

In computatione *hereditatis*,] *Computationem*, Rob. Steph. (1).

Quod si filius extraneum *coheredem habeat*,] D. Goth. *in not.* „*ex testamento*, Govean." Non opus (2).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 10.

L. LXXXVI.

Titia testamento suo etc.] De hac Lege Merend. *Contr.*

trov. Jur. XVII. 9. et Charond. *Verisim.* II. 4. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 742. *seq.* (1).

An integra retinere debeat?] D. Goth. *in not.* „*ac integra*, legit Ant. Fab. etc." Non ego (2).

Totum trientem *praediorum* etc.] D. Goth. *in not.* „*totum pretium*, Ant. Fab. etc." Male. Vid. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 14. *Thes.* 3. *Lit. b. c. p.* 864. *seq.* Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. fam. ercisc.* §. 18. et *ad L.* 24. *Cod. eod.* in primis Ches. *Differ. Jur. Cap.* 18. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 669. *seqq.*] (3).

(1) Egit etiam de hac Lege Jens. *Strict. ad Pand. p.* 346. *seqq.* et novissime von Lindelof, *im Archiv. fur die Civilistische Praxis*, 4. *B.* 3. *H. p.* 436. *seqq.*

(2) Voorda, *Interpr. et emend.* II. 6. *p.* 117. locum hunc ita interpungit: *quam rogatus est, restituere, an integra* etc. add. Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 255.

(3) Late de hac Lege etiam egit Voorda, *Interpr. et emend.* II. 7. add. Bach. *Diss. de His, qnae imput. in quartam Falcid.* §. 6. in ej. *Opusc. ad Histor. et Jurispr. spectant. p.* 455. *seq.* et Pothier. *Tit. ad SCtum Trebellian. num.* 72. Sequitur: *quoniam contra sententiam* etc. ad quae verba vid. et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 6. *p.* 245. *seq.*

L. LXXXVII.

Ideoque Lex Falcidia locum non habet.] D. Goth. *in not.* „Imo habet: etc." Sed vid. *L.* 30. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 7.

§. 3.

Deinde tu ex parte dimidia etc.] Id est, reliqua.

Respondebimus, misceri duas partes.] Facit huc *L.* 11. §. 7. *h. t.* (1).

(1) In specie sequentis §. 4. testamento insertam fuisse generalem Legatorum repetitionem, putat Cujac. *Obs.* IV. 35. add. Voorda, *d. loc. Cap.* XI. §. 5. *p.* 272. et Pothier. *h. t. num.* 73.

§. 5.

Quod si extranei heredi etc.] Lege: *heredis* (1).

(1) Ut etiam Flor. legitur. Vitium Typographicum est. Vid. ad hunc §. Voorda, *d. loc. Cap.* XI. §. 9.

§. 7.

Nihilo magis *substitutus Legatis obligabitur*:] D. Goth. *in not.* „id est, *nihilo minus.* etc." Male (1).

(1) Add. Voorda, *d. loc.* §. 10.

§. 8.

Coheres pupillo datus si pro parte sua etc.] Non exhausta, sed onerata tantum.

Et semis pupilli Legatis exhaustus esset,] D. Goth. *in not.* „*nec semis*, Cujac. etc. (1)." *Et semis*, MSS. Charond. (2), nec puto emendatione opus, nec mutat Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.* (3).

Tamen circa Legem Falcidiam perinde ratio habetur, etc.] Add. *L.* 11. §. 5. *h. t.*

(1) *Nec semis*, vel alioquin *non esset* legendum, censet quoque Jens. *Strict. ad Pand. p.* 350.

(2) Eamque lectionem etiam Graecos confirmare, observat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 9. in fin.

(3) Add. Jauch. *de Negation. Pand. p.* 179. et Voorda, *loc. cit.* §. 9. *p.* 190. *seqq.* ubi de hoc §., de quo vid. et Kellinghusen. *Diss. de Legib. nonnull. Roman. Cap.* 18. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 53. *seqq.*

L. LXXXVIII.

L. LXXXVIII.

Deinde fundum tibi dignum centum aureis etc.] Forte a Triboniano.

Dixi τῶν ἀπόρων (1),] Nimis subtilis hic est Africanus in re facili. Freher. *Decis. Areopag. Cap.* 2.

Qui tractatus apud Dialecticos etc.] Id est, Stoicos, Megaricos, similesque. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 1. (2) et *ad Diog. Laert.* II. 108. Meminit Tertullian. *de Anima, Cap.* 43. add. Merill. *Obs.* I. 17. Stoicos et Dialecticos distinguit Plin. *Praef. Hist. Nat. p.* 11. ubi Harduin.

(1) Hal. τῶν ἄκρων. Aliter Alciatus. Sed vid. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 16. in Thes. Otton, *Tom.* IV, *p.* 1552.

(2) Add. Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 2. *p.* 9. et Terpstra, *Spec. de Philosophia Vett. JCtor, Cap.* 10, in fin.

§. 2.

Heres meus damnas esto dare.] Vid. *L.* 64. *h. t.* et Cujac. *in Paratitl. ad h. t.*

§. 3.

Non amplius, quam viginti quinque reciperet.] Heres scil. (1).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 8. *p.* 225. *seq.* et Jens, *Strict. ad Pand. p.* 355. *seq.*

L. LXXXIX.

Pecuniam relictam ad alimenta puerorum (1) *Falcidiae subjectam esse,*] D. Goth. *in not.* „Imo subjecta non est. etc." Male (2).

Et, ut idoneis nominibus (3) *collocetur pecunia*, etc.] D. Goth. *in not.* „idonea nomina, idonei et locupletes debitores." add. Duaren. *ad h. t. Cap. ult. p.* 666.

(1) De ejusmodi Legatis vid. Trotz. *Memor. Propag.* I. 3. §. 9. *p.* 229. *seq.*
(2) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 7. §. *ult. p.* 134. *seq.*
(3) Hal. et Vulg. *hominibus.* Brencm. *h.* Sed vid. Duaren. *loc. cit.*

L. XCI.

In quartam hereditatis, etc.] Librum singularem ad hanc Legem conscripsit Gabr. Vallius, in. Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 437. *seqq.* Egit de hac Lege quoque Charond. *Verisim.* II. 4. in eod. Thes. *ibid. p.* 742. *seq.*

Vel implendae conditionis caussa accepit:] Vid. *L.* 30. §. 7. *h. t.* (1).

Sed (2) *in fideicommissaria hereditate restituenda*, etc.] Vid. omnino Jan. a Costa, *ad* §. 9. *Inst. de fideic. heredit.*

Pro (3) *ea* vero *parte*, *quam accepit a coherede*, etc.] Merend. *Controv. Jur.* XVII. 1. (4) *num.* 18. *vero* accipit pro *certe*, et haec cum praecedentibus jungit.

Sed etsi *accepta pecunia hereditatem restituere rogatus sit*, etc.] Merend. *d. loc. num.* 15. legit: *sed si* etc. et ait, sic veteres Libros habere.

Sed et quod implendae conditionis caussa fideicommissum heredi datur, *in eadem caussa esse admittendum*, *sciendum est*,] D. Goth. *in not.* „ Haec abesse ab archetypo Florentino (5) et Basilicis, monet Cujacius, etc." add. Idem, *Consult.* XXXV. et *ad Libb. Papin. Resp. in expl. L.* 58. §. 3. *ad SCtum Trebell.* In Flor. sunt addita manu secunda, ut omissa: ita ex testimonio αὐτόπτου refert Merend. *d. loc. num.* 16. et *num.* 17. refutat eum, qui vult, haec ante periodum praecedentem ponenda fuisse. Pancirolus, *Thes. Var. Lect.* II. 10. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1112.] haec explicat ex *L.* 65. *h. t.*

Si quid vero implendae conditionis caussa heres accipiat etc.]

etc.] Merend. *d. loc. num.* 26. hic etiam *vero* explicat *certo*. Vid. et de hac Lege Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. ad SCtum Trebell.* §. 11. qui se non bene expedit, nec Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* 14. *Thes.* 3. *Lit. b. c. p.* 864. *seqq.* nec Zoes. *ad Tit. Pand. ad SCtum Trebell. num.* 98. (6).

(1) Sequitur: *nam haec in quartam non imputantur.* De hac repetitione Otto, *de Aedil. Colon. et Munic. Cap.* 10. §. 6. *in fin. p.* 361. *seq.* add. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 2. §. 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 351. *seq.*

(2) *Sed et*, Govean. *Animadv. Cap. pen.* refutatus a Vallio. Vid. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 6. *p.* 249. Non tamen improbat Pothier. *Tit. ad SCtum Trebell. num.* 70.

(3) D. Goth. *in not.* „Hic locus in Pand. Flor. asterisco notatus est, etc." Sed asteriscum in Pand. Flor. hic non apparere, testatur Brencm. *h.* Hotoman. *Obs.* XI. 5. legit: *imputat pro ea parte, quam a se ipso accepit. Pro ea vero parte* etc. Etiam Pothier. *d. loc.* post *imputatur* supplendum censet: *pro ea parte quam a se accipit.* Govean, *ad h. l.* emendat: *imputatur, non pro ea parte, quam accepit a coherede: extra quartam est, quod a coherede accipitur.* Aliter Coras. *Miscellan.* II. 17. ubi de hac periodo agit, et qui pro *quod a coherede accipitur*, legendum censet: *quod ab herede accipitur.* Sed vid. Voorda, *d. loc. p.* 249. *seq.* qui mihi videtur, verba haec recte explicuisse.

(4) Quo Capite hanc Legem interpretatus est.

(5) Non abesse in archetypo, sed postea addita, ut et Taurell. monuit in Praefatione, notat Brencm. *h.* Pro *quod implendae conditionis caussa fideicommissum* Govean. *d. loc.* legit: *conditionis fideicommissi caussa.* Sed inanem esse laborem, qui huic loco emendando impenditur, quum totus supposititius sit, non sine ratione observat Voorda, *d. loc.* Expungit quoque haec Pothier. *d. loc.* aut alioquin reponenda ea censet ante verba: *sed et si accepta pecunia* etc.

(6) Quocum facit Voet. *ad eund. Tit.* §. 48. Egit de hac Lege etiam Jens. *Strict. ad Pand. p.* 357. *seqq.* Bach. *Disp. de His quae imput. in quartam Falcid. ad L.* 91. *Pand. ad L. Falcid.* in ej. *Opusc. ad Histor. et Jurispr. spectant. p.* 432. *seqq.* et novissime von Lindelof, *loc. laud. ad praec. L.* 86.

L. XCIII.

Quartae retentioni locus erit:] D. Goth. *in not.* „Falcidia Lege retentio tantum datur quartae, non vindicatio. etc." Sed vid. Idem, ad *L.* 26. *h. t.*.

Nam in centum, quae mortis caussa capiuntur, admitti Falcidia non potest.] Vid. *L.* 76. *h. t.* Nec obstat *L. pen. Cod. h. t.* quae ad alios casus non est extendenda. Govean. *ad L.* 1. §. 8. *h. t. num.* 1. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. h. t.*

Plane, si quis ita scripsit, etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 3. *num.* 6. (1).

Inducere Trebellianum.] Non Pegasianum. Vid. Gabr. Vallium, *ad L.* 91. *ad L. Falcid.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 447. (2).

(1) Add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 5. *p.* 240. *seq.*

(2) Et Pothier. *Tit. ad SCtum Trebell. num.* 71.

L. XCIV.

Respondit, jure quidem id postulaturam; etc.] Vid. Merend. *Controv. Jur.* XVII. 5. *num.* 13. *seq.*

Quam voluntati defuncti solvendum *praestando pareret.*] *Solidum* legit Alciat. *Parerg.* V. 25. probante Cujacio, *ad Libb. Papin. Resp. in expl. L.* 78. *pr. de hered. inst.* (1).

(1) Etiam Govean. *ad h. l.* et Voorda, *d. loc. Cap.* 10. §. 3. *p.* 236. Sic plana est verborum sententia, quam se non percipere, fatetur Duker. *ad Opusc. de*

La-

Latin. Vett. JCtor. p. 367. *not.* 45. Nihil tamen mutat Pothier, *h. t. num.* 50.

L. XCVI.

Miles si, dum paganus erat, fecerit testamentum, etc.] Validum (1).

(1) Explicuit hanc Legem Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* III. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 180. *seq.*

TITULUS III.

SI CUI PLUS, QUAM PER LEGEM FALCIDIAM LICUERIT, LEGATUM ESSE DICETUR.

L. I.

Ulpianus Lib. LXXIX. *ad Edictum.*] Agens de Praetoriis stipulationibus. (1).

(1) De cautione, cujus mentio hac Lege fit, vid. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 15.

§. 1.

An in pupillaribus,] Vid. *L.* 80. *pr. ad L. Falcid.*

§. 3.

Marcellus ait, etc.] Vid. de hoc §. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 11. §. 6. *ad L. Falcid.* (1).

Sed omnibus heredibus interponenda est;] Pone enim, aes alienum post emergere, hoc omnes tanget. (2).

(1) Et Pothier. *Tit. ad L. Falcid. num.* 68.
(2) Add. Voorda, *d. loc. Cap.* XI. §. 8. *p.* 287. — De voce *subsimile*, in seq. §. 5., vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 367. *not.* 46.

§. 9.

§. 9.

Haec stipulatio etc.] Id est, cautio.

§. 14.

Ut puta si patronus etc.] Add. casum *Legitimae* ex *Nov.* 18.

L. III.

§. 2.

Sed computationi locum esse,] Vid. *L.* 1. §. 9. *ad L. Falcid.* (1).

(1) Sequitur: *et tantum credatur esse legatum: efficit aestimatio* etc. Al. *quantum efficit* etc. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 10. qui mavult, ope geminationis, legere: *efficit ita aestimatio* etc. In ipso archetypo ante verbum *efficit* superius adscriptum esse *quan*, sed hoc facto correctorem substitisse, quum animadverteret praecedere *quanti*, notat Brencm. *h.*

§. 4.

Ut puta his quibus minuta *alimenta sunt relicta.*] *Minimi aeris, L.* 3. *de alim. legat.*

Pompejae enim Faustinae rescripserunt sic: *Non eandem caussam* etc.] *Rescripserunt. Scis non eandem* etc. Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 12. [*Oper. Tom.* III. *p.* 372. *seq.*] ubi notat, male quosdam sequentia accepisse. (1).

(1) Explicuit hunc §. Westenberg. *D. Marco, Diss.* XII. *p.* 132. *seqq.*

§. 10.

Et ait Pomponius, conditionem etc.] Lege: *condictionem* (1).

Et puto hoc probandum, quod Pomponius, utilitatis gratia (2).] Facit huc §. 6. *h. l.*

(1)

(1) Ut Flor. quoque legitur. Vitium typographicum est.
(2) Multi addunt: *ait*. Quod verbum saepe etiam alibi a Librariis omissum esse, docet Drakenborch. *ad Liv.* XXV. 37. §. 11. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 10. mavult per geminationem retrogradam vocem hanc repetere ex verbo: *gratia*. — In §. 1. seq. *L.* 4. manum Triboniani agnoscit Wissenbach. *in Disp. ad lib.* 1. *Pand.* §. 25. et van de Water. *Obs. Jur. Rom.* I. 1. *p.* 13.

L. V.

Videamus, an stipulatio, qua amplius per Falcidiam etc.] *Quod amplius*, *L.* 1. §. 11. *h. t.* Rob. Steph. *quod amplius quam* (1).

Sufficiet autem dici, etc.] Si petatur cautio. An locus integer? an explicandus ex *L.* 7. *h. t.* (2).

Heredi caveri.] An *cavere?*

(1) Hal. *quo amplius ceperis, quam* etc. H. a Porta, *quo amplius, quam*, quod probat Brencm. *h.*
(2) Respondere JCtum his verbis ad objectionem, notat Pothier. *h. t. num.* 10.

L. VI.

Ut propter hoc a petitione liberalitatis etc.] Vid. *L.* 67. §. 1. *de Legat.* 2do.

L. VII.

Paulus Lib. VII. *ad L. Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 448 (1).

(1) Add. Trotz. *Mem. Propag.* I. 9. *p.* 607.

L. IX.

Ad quem emolumentum intercidentis ususfructus non sit spectandum?] Pro *spectaturum* (1).

(1) *Spectaturum*, Charond. in margine. Non opus, add. Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 9.

LIBER

LIBER TRIGESIMUS SEXTUS.

TITULUS PRIMUS.

AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM.

Et *Pegasianum*, Ind. Titulorum in MS. Florentino (1).

(1) Omissum illud hic esse, quod Imp. Justinianus, explofo SCto Pegasiano, omnem vim et auctoritatem in Trebellianum transtulit, censet Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 98. et *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 1. Nec dissentit Jo. Wybo., *Tribon. defens. p.* 338. notans tamen Wissenbachium, quod Leges, quibus *Trebellianicae quartae* mentio fit, interpolatas dixerit, quum nusquam haec quarta ita vocetur, sed saepius *quarta Falcidia*. Nonnullas h. t. Leges explicuit Cujacius, *Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. Prior. p.* 1583. *seqq.*

L. I. (1).

(1) *Pr. Explicito Tractatu.* Vid. ad haec verba Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. origin. p.* 283. — §. 1. *Annaeo Seneca, et Trebellio Maximo Consulibus*, scil. suffectis. Vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 31. add. Constantin. *Subt. Enod. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 551. et Jos. Fern. de Retes, *Excurs. Analector. Lib.* III. in eod. Thes. *Tom.* V. *p.* 1286.

§. 2.

In omnibus fideicommissariis *hereditatibus*,] D. Goth. *in not.* „Hoc verbum abundare ait Cujacius, etc." Male. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 10. (1). Ex his *eos subire*,] D. Goth. *in not.* „*Ex* XII. *Tabb.* le-

legit Cujacius, etc." Rejicit hoc Faber, *d. loc.* et recte. add. Bynkersh. *Obs.* V. 24.

In quos jus fructusque etc.] Non hereditas ipsa.

Potius quam cuique periculosam *esse fidem* etc.] *Periculosum*, Flor. quod defendit Nerius, *Analect.* II. 13. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 412.] (2).

Quibus ex testamento fideicommissum restitutum fuisset.] Ante non. Vide tamen exceptiones apud Sand. *Decis.* IV. 5. *Def.* 13.

Quo magis in reliquum confirmentur supremae defunctorum voluntates.] D. Goth. *in not.* „*voluntates censuerunt*, Hal." *Censuerunt* redundat.

(1) Et Bynkersh. *loc. laud.*
(2) Add. Bynkersh. *d. loc.* Sequitur: *quae in heredem heredibusque* etc. Al. *heredes.* Non male, non tamen necessarium. Bynkersh. *d. loc.*

§. 6.

Vel quasi castrensi] Additum ex jure novo, juxta Balduin. *in Justin. Lib.* III. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1163. *seq.*] et Giphan. *ad* §. 1. *Inst. per quas pers. cuiq. adq.* Bynkershoek. *Obs.* VII. 22. nihil a manu Triboniani esse vult. Vid. et Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. de postuland.* [*Tom.* I. *p.* 163.] qui tamen mox dubitat. add. *L.* 16. §. 12. *h. t. L.* 3. §. 5. *de bon. possess. L.* 1. §. 15. *de collation. L.* 7. *in fin. de donation.* (1).

SCtum locum habet.] Quod spectat restitutionem, non quartam: quod vult Balduin. *d. loc.*

(1) Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 9. §. 4. *not.* 27. Sed Veteribus JCtis peculium quasi castrense fuisse incognitum, ex professo docuit Jan. Valckenaer. *Diss. de Pecul. quasi castr. Vett. JCtis incognito, ejusq. vera origine.* Lugd. Batav. 1780. Praecedit: *In filii quoque familias* militis *judicio*, etc. ubi vocem

cem *militis* male repetitam esse ex praecedente *militas*, putat Ant. Govean. *Var. Lect.* II. *ult.*

§. 7.

Ex Trebelliano restituere potuerunt *hereditatem.*] *Poterunt*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg., probante Brencm. *h.*

§. 8.

De illo quaeritur, etc.] Quia desunt verba SCti.

§. 12.

Sine dubio Trebelliano locus erit.] Add. *L.* 69. §. 1. *de Legat.* 2do.

§. 14.

Quoniam *necessaria non est* etc.] *Quoniam jam*, Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* XI. *num.* 9. (1).

(1) Nihil mutat Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 8. §. 4. *p.* 402.

§. 17.

Julianus ait, competere quidem etc.] Summo jure. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 15. (1).

Quamvis Falcidia cesset, etc.] D. Goth. *in not.* „Potest enim ea prohiberi. etc." Ineptum.

(1) Et Maran. *in Paratitl. ad eund. Tit. p.* 335.

§. 20.

Centum vero alia Legatarius fideicommissario *petat*,] *A fideicommissario*, Rob. Steph. (1). add. Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Cod.*

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. II.

L. II.

Si non esset rogatus, et tibi restitueret hereditatem,] Lege: *ut tibi* etc. (1).

Non (2) *ergo plus Titio debetur, quam si injussu Praetoris* etc.] Sed vid. *L. seq.*, ubi tamen non idem casus (3).

(1) Sic et Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 2. *p.* 13. et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 367. Vulg. *rogatus tibi restituere.* Vid. Brencm. *h.* qui mavult: *tibi ut restituat*, ut habet Cod. Pal. I. Vid. Geb. *ibid.*
(2) Negationem tollit Fab. *Conj.* IV. 14. Dissentit Jauch. *de Negation. Pand. p.* 311. *seq.* qui pro *injussu Praetoris* legit: *jussu Praetoris.*
(3) Add. Pothier. *h. t. num.* 112. Vid. et de hac Lege Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 12. §. 5.

L. III.

§. 1.

Hoc idem (1) *dici potest in his testamentis*, etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 55. §. 2. *h. t.*

(1) *Non idem*, Nic. a Salis, male. Vid. Jauch. *de Negat. Pand. p.* 222.

§. 2.

Et refert, Aristonem respondisse, ex omnibus detrahendam, etc.] Add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* XI. *error.* 10.

§. 3.

Res, quae ab herede alienatae sunt, in quartam imputantur heredi.] Alienatio igitur manet rata, sed res alienatae in quartam imputandae erunt, etsi ab initio liberum fuerit heredi, quid imputaret. Sand. *Decis.* IV. 7. *Def.* 3. add. Fab. Cod. *h. t. Def.* 2. Sed, an sic praejudicatur creditoribus heredis, qui hypothecam generalem in ejus

bonis adquisiverunt? Negat Merend. *Controv. Jur.* XIV. 5. et recte.

§. 4.

Praeceptiones quoque fideicommisso contineri: etc.] Vid. Sand. *Decis.* IV. 5. *Def.* 10. et Merend. *Controv. Jur.* IV. 43. *seqq.* Idem in portione accrescente, vel ex substitutione obveniente. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 56. et 57.

§. 5.

Vel mortem Testatoris non defendit,] Add. *L.* 20. et 21. *de his quae ut indign.*

L. IV.

Quod si fuerit factum, etc.] D. Goth. *in not.* „Al. *non fuerit.*" male (1).

(1) Sequitur: *neque illud inquiritur, solvendo sit hereditas, an non sit.* Quod pro Glossemate habet et delet Herald. *Obs. et Emend. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1331.

L. VI.

Nam etiam adv. absentes postulatur decretum:] Et missio in possessionem. Paul. *in Sent.* IV. 4. §. 3.

§. 1.

An intestato (1) *locum habeat:*] Vid. *L.* 1. §. 5. *h. t.*
Ut hoc SCto ad intestatos quoque etc.] Lege: *SCtum.* (2).

(1) Flor. *ad intestatos*, quod defendit Rucker. *Obs. Cap.* 2. §. 4. *An in intestato*, Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 8. *p.* 69. *seq.* Brencm. *h.* mavult: *an ab intestato*.
(2) Est vitium Typographicum.

§. 2.

§. 2.

Ut a Praetore compellantur miscere se hereditati,] Qui eos pro heredibus non habet ante immixtionem. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 9. *num.* 20. et *Dec.* 34. *error.* 1. *num.* 18. (1).

(1) Verba initialia hujus §. *Sed et ad filium, qui in potestate est*, referenda esse ad praecedentem §., et hunc §. incipere debere a verbis: *Hoc SCtum locum habet et in ceteris* etc. putat Rucker. *Obs. Cap.* 2. §. 3. probante Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 76. *in not. p.* 87. Pari modo Brencm. *h.* Non tamen id necessarium censet van Dorp, *Obs. Cap.* 7. *p.* 59. Vid. et I. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* II. 9. *p.* 62. *seq.*

§. 3.

Si fisco vacantia bona etc.] D. Goth. *in not.* „Fiscus cogitur hereditatem adire, etc." Non proprie.

§. 5.

Sed verius est, cogendum eum, etc.] Ergo substitutus vulgariter, et ad hereditatem ex fideicommisso vocatus, eligere potest, utra via utatur. Hoc *Nov.* 1. *Cap.* 1. mutatum esse, vult Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 34. *error.* 1.

L. VII.

Si morbo adplicitus,] *Implicitus*, Rob. Steph. (1).
Vel nomen vispellionis etc.] Hic conditio non est lege turpis, nec facto impossibilis: quae implenda est, ut deferatur hereditas. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *num.* 44. (2).

(1) Vid. Brencm. *h.* qui mavult: *adflictus*.
(2) De vispellione vid. notata superius ad *L.* 31. *de eviction.* et Pothier. *h. t. num.* 97. — Ad seq. *L.* 9. §. 1. vid. Voet. *ad Tit. Pand. de Jur. deliber.* §. 4.

L. XI.

§. 1.

Cum filio ejus impubere,] *Filio ejus impubere exheredato,* legit Cujac. *Obs.* XXVI. 1. (1). Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 8. *num.* 14. sic etiam exponit, sed nihil mutat, putans, eandem hic speciem esse, ac *L.* 27. §. 5. *h. t.* add. Idem, *ibid. Dec.* 33. *error.* 1. *num.* 18. Aliter Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 12. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 712. Aliter ex Sarmiento Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de vulg. et pup. subst.* §. 24. Vid. et Perez. *in Prael. ad Tit. Cod. de impub. et al. substit. num.* 20. et Franc. Mars. Gordon. *Praetermissor. Cap.* 12. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 866. *seqq.*]

(1) Probante Pothier. *h. t. num.* 106.

§. 2.

Et ante decesserit fideicommissarius, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 11.

Compellendum eum adire hereditatem:] Facit huc *L.* 13. *pr. de tutor. et cur. dat.*

Qui rogatus *adit hereditatem*,] *Coactus* legit Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. Leg. seq.* (1).

Perinde permittatur venumdari bona Antistiae, etc.] Vid. *L.* 44. *pr. h. t.* et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 15.

Cum igitur demonstraverit Divus Pius, etc.] Vid. *L.* 1. §. 6. *de separation.*

Sicubi venerit, *restituatur fideicommissaria hereditas* etc.] *Evenerit, ut* etc. Rob. Steph. (2). Aliquid forte amplius hic peccatum a Librariis.

(1) Et Pothier. *h. t. num.* 96.

(2) Sic legendum censet quoque Pothier. *h. t. num.* 104. Literam *e* etiam Flor. inter versiculos adscriptam esse, testatur Brencm. *h.* Hal. *ut sicubi evenerit* etc.

L. XII.

Papinianus Lib. XX. *Quaestionum.*] Junge *L.* 53. *h. t.*

Neque pupillum extra ordinem juvandum:] Etsi enim heres ille non adeat, vel repudiet, ejus portio coheredi cum onere adcrescit. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.* (1).

Praesertim, si novum beneficium cum alterius injuria postularetur,] Rebus jam distractis per creditores. Cujac. *d. loc.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 96.

L. XIII.

Ulpianus Lib. IV. *Fideicommissorum.*] Junge *L.* 11. *h. t.*

Secundum ea quae ostendimus.] *L.* 11. §. 2. *h. t.*

§. 1.

Jam igitur non desideratur heredis *praesentia.*] Fideicommissarii. Cujac. *loc. modo laud.*

§. 3.

Sed quid si qui *fideicommissarius dicat.*] *Qui* abest apud Rob. Steph. (1).

Et sic de hoc queratur.] Lege: *quaeratur.* (2).

(1) Etiam apud Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Vitium typographicum est.

L. XIV.

Hermogenianus *Lib.* XIV. *Fideicommissorum.*] *Ulpianus*, Cujac. *Obs.* II. 27. (1) quod clarum vel ex §. 4. *h. l.*

Non sequitur *jus potestatis.*] *Sequimur*, Bynkersh. *Obs.* I. 18. (2).

(1) Putans, initium hujus Legis forte quidem Hermogeniani esse, sed reliqua esse Ulpiani. Pari modo D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 28. *p.* 396. Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb.* Tom. II. *p.* 1049. add. Otton. *in Papinian. Cap.* XI. §. 7. *p.* 341.

(2) *Sequitur*, scil. filiusfam., cujus mentio in fin. Legis praec. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 368. *seq.* add. Finestr. et de Monzalv. *d. loc.* Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 5. §. 2. *p.* 395. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 3. §. 20. Joach. Joh. Schwartz. *Spec. Obs. ad var. JCtor. Vett. Fragm. Cap.* 2. §. 5. Lugd. Bat. 1750. Gluck. *Tit. de Just. et Jur.* §. 13. *p.* 96. *seq.*

§. 1.

Sed et qui repudiavit *hereditatem*, etc.] D. Goth. *in not.* „ In jure scil. nam repudiatio fit in jure. etc." Ex Cujacio, *in not. ad* §. 5. *Inst. de hered. qual. et diff.* et male. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. *ult. Inst. de hered. qual. et diff.*

§. 2.

Non oportet praeceptorem,] *Receptorem*, id est, fideicommissarium, Bynkersh. *Obs.* VI. 21. sine ratione. D. Goth. *in not.* „ *Praetorem*, Hal." et Rob. Steph. (1) recte.

(1) Etiam MSS. Vid. Brencm. *h.* add. Pothier. *h. t. num.* 98. et Bilderdyk. *Obs. et Emend.* II. 30. Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom.* II. 15. *p.* 199. legit: *non oportet Praetorem rem, ne quidem pupillo restituere, nisi* etc. Paulo aliter Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 13. §. 5. *p.* 425.

§. 5.

Cogere potest adiri, *et sibi* restitui:] *Adire* — *restituere*, Rob. Steph.

L. XVI.

§. 3.

Aut caveri illi heredem, defensum iri eum adv. Legatarios, etc.] Ergo fideicommissarius hic est loco heredis. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 54. *h. t.* (1).

(1) Τὸ *et*, in verbis praec. §. 2. *Et generaliter autem* etc. male repetitum esse ex literis *it*, in praec. verbo *pervenit*, notat Brencm. *h.*

§. 5.

Sed hereditatem Sejae, quae ad eum pervenerat, etc.] Non ad heredem. *L.* 27. §. 9. *h. t.* Ex institutione, juxta Donell. *in Comm. Jur. Civ.* VII. 22. (1) de quo vide.

Ex Trebelliano transire *actiones:*] D. Goth. *in not.* „*non transire*, Vulg." Nihil muto.

Totamque hereditatem ad eum, cui restituitur, pertinere.] Non solam Sejanam. *L.* 27. §. 10. *h. t.* quae tamen alio pertinet.

(1) Putat Donellus Testatorem a Seja institutum hereditatem ejus adiisse. Aliter Pothier. *h. t. num.* 107. Vocem *dimidiam*, in praec. verbis, delet Leonin. *Emend.* V. 9. et Govean. *Var. Lect.* II. 2. Vulg. *duntaxat* loco *dimidiam.* Vid. Brencm. *h.* — In seq. §. 8. pro *cum quis ex fideicommissariis* etc. legendum: *cum quidam ex fideicommissariis abessent, et praesens desideraret*, etc. censet Jens. *Strict. ad Pand. p.* 369. *seq.* ortum hoc vitium credens ex festinante Triboniano, aut Latino interprete.

§. 9.

Sive alius in locum eorum successerit?] *Substitutus*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 15. (1).

(1) *Jure adcrescendi*, Jens. *Strict ad Pand. p.* 370.

§. 11.

Patrem a filio etc.] Ante tamen emancipato, Glosf. *h.*

§. 12.

Aliove quo (1) *officio praeërat*,] Vid. ad *L.* 1. §. 6. *h. t.*

(1) Pro *aliive cui*. Malam verfionem dicit Jenf. *Strict. ad Pand.* p. 370. Sed vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 9. §. 4. *not.* 27.

§. 13.

Eum a fervo fuo non posfe cogi etc.] D. Goth. *in not.* „Imo potest dominus etc. §. 16. *h. l.*" Non obftat.

Cogeretur praeftare fideicommisfariam libertatem,] Add. *L.* 24. §. 19. *de fideic. libert.*

§. 14.

Non oportere fub incerto cautionis (1) etc.] Pone, deficere fidejusforem.

(1) Aliam rationem addit Pothier. *h. t. num.* 85. quod is, qui nihil accipit a defuncto, non posfit cogi re fua carere.

§. 16.

Si ego heres inftitutus,] Non tamen folus.

Et rogatus fim Stichum *manumittere*,] Servum hereditarium.

Stichus cogere me posfit (1) etc.] Si alius adierit. add. feq. §. D. Goth. *in not.* „Imo non potest. §. 13. *h. l.*" Agit de fervo heredis.

(1) *Potest*, Hal. et omnes, et ita etiam Flor. correctum. Vid. Brenem. *h.* qui mavult: *posfet.*

§. 17.

Mihi id Euarestatus] Titius Euarestus, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Flor. haec ita mutata esse, ut hodie legatur: *Hermia postulante me Titius Euarestus*, testatur Brencm. *h.*, qui legendum conjicit: *Hermia id postulante Titius Euarestus.* De nomine *Hermias* vid. Burman. *ad Sueton. de Illust. Grammatic. Cap.* 10. *Tom.* II. *p.* 370.

L. XVII.

Id est, quidquid ex hereditate sua consecutus est, ut ei restitueret.] Vid. *L.* 114. §. 6. *de Legat.* 1°. Facit huc *L.* 93. *in fin. de Legat.* 3°. add. Donell. *Comm. Jur. Civ.* VII. 17. et Voet. *ad h. t. Pand.* §. 11.

§. 1.

Fidei tuae committo, ut hereditatem Titii restituas,] Vid. *L.* 27. §. 9. *h. t.* Leonin. *Cons.* 86. *num.* 14.

§. 4.

Papinianus Lib. VIII. *Responsorum scribit*, etc.] Vid. *L.* 77. §. 13. *de Legat.* 2do.

Etiam naturalem filium efficere, etc.] Id est, in servitute natum, ut *L.* 3. *pr. de liber. causs. L.* 4. *Cod. de interd. matrim. L.* 2. *Cod. si manc. ita fuer. alien.* etc. et hic id ostendit τὸ *libertino*, et *colliberto.* add. *L.* 88. §. 12. *de Legat.* 2do. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 14. *Thes. ult. Lit. a. p.* 908. Fachin. *Controv. Jur.* IV. 52. Ant. Merenda, *Controv. Jur.* IV. 18. seqq. verba: *et in libertino, eodem colliberto hoc scribit*, a Compilatoribus Pand. adjecta esse censet, ex eorumque mente filium naturalem etiam intelligendum esse ex concubina natum. add. Coras. *Miscellan.* I. 7.

Wisſenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 4. Maynard. *Decis. Tholoſ.* V. 79. (1).

(1) Vid. et Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 6. et Voet. *ad eund. tit.* §. 13.

§. 5.

Conceptos quidem ante deportationem, etc.] Vid. *L.* 77. §. 4. *de Legat.* 2do.

Efficere, ut conditio deficiat.] Non etiam, ut hi liberi quid conſequantur. Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* XI. *Theſ.* 3. *Lit. d. p.* 607. *ſeq.* In hoc §. valde ſe torquet, et nimis multa mutat Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 8. *num.* 3. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1193.] Vid. de eo Reinold. *Varior. Cap.* 25. (1).

(1) Add. de hoc §. Amaya, *Obſ. Jur.* I. 12.

§. 6.

Papinianus Lib. VIII. *Reſponſorum etiam deportato ei tribuit eligendi facultatem*,] Vid. *L.* 77. §. 4. *de Legat.* 2do.

Cui liber factus *fideicommisſum* etc.] D. Goth. *in not.* „*cui liberorum fideicommisſum* etc. Cujac." add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inſt. de cap. diminut. Liber factus* delet Herald. *loc. modo laud.* (1).

Nullo ante concepto filio,] A mala manu esſe, putat Herald. *d. loc.* et ſane parum huc faciunt. Vide tamen amplius.

Sed cum decedit, electionem illam, etc.] Haec etiam pro glosſemate habet Herald. *d. loc.* quod mihi nondum liquet. add. Cujac. *Obſ.* III. 10. (2).

(1) Emendationem Cujacii probat quoque Jenſ. *Strict. ad Pand. p.* 371. *ſeq.* ubi de hoc §. et Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 433. Disſentit Wisſenbach. *in*

in Disp. ad Tit. Pand. de extraord. cognit. §. 14. et Schmucc. *ad Labitt. de Us. Indic. Cap.* 5. §. 3. Sed vid. Reinold. *Varior. Cap.* 7.

(2) Et Pothier. *loc. modo cit.*

§. 7.

Verum vivus amiserit.] Vid. D. Goth. *in not.* et Mev. *ad Jus Lubec.* I. 5. *Art.* 7. *num.* 22. *seqq.*

Vel quo alio modo simul cum patre perierit,] D. Goth. *in not.* „An bello? minime. Vid. *L.* 9. §. 1. *de reb. dub.*" Alius casus hic, ubi specialis est ratio (1).

Quia non est verum, filium ejus supervixisse.] Qualemcunque. Fab. *Cod.* VI. 25. *Def.* 17. Aliter Boel. *not. ad Loen. Decis. Cas.* 56. *p.* 392. *seqq.* (2).

(1) Add. notata superius ad *d. L.* 9. §. 1.

(2) Sed vid. Ed. Amisfort. van Voorst. *de Jure quod oritur ex commorientibus, Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 362. *seq.* — In seq. §. 8. pro *si alieno herede* alios Codd. melius habere: *si sine herede*, observat Grotius, *in Flor. sparsion. p.* 216. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 14. *p.* 97.

L. XVIII.

In fideicommissaria hereditatis restitutione constat non venire fructus,] Vid. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* 14. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 862 (1). Aliter ac in petitione hereditatis. Fab. *Cod.* VII. 18. *Def.* 64.

Nisi ex mora facta est,] Lege: *nisi aut mora facta est*, aut dele: *facta est*, cum Fabro, *de Errorib. Pragm. Dec.* 78. *error.* 10. (2).

(1) Add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 6.

(2) Aut *ex* redundare, aut *est*, notat quoque Brencm. *h.* ubi de varia hujus loci lectione. Pothier. *h. t.* num. 7. legit: *nisi aut mora facta est.*

§. 1.

§. 1.

Plane fructus in quartam imputantur, etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* XI. *error.* 4.

§. 2.

Quod fuit *hereditatis:*] Caute: jam enim res erat heredis. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 4. *num.* 7.

§. 3.

Ceterum, quod a semet ipso ei relictum est, in fideicommissum cadit:] Vid. L. 3. §. 4. *h. t. L.* 96. *de Legat.* 3°. Sand. *Decis.* IV. 5. *Def.* 12. Fab. *Cod. h. t. Def.* 28. Late Maynard. *Decis.* V. 58. *seqq.* Vid. et notata superius ad *L.* 86. *ad L. Falcid.*

L. XIX.

§. 1.

Nec verba spectantur SCti (1), *sed sententia quibuscunque verbis:*] Vid. *L.* 16. *pr. h. t.*

(1) *Fideicommissi*, Fab. *Conj.* IV. 8. Non opus. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 21. *p.* 128. *seq.*

§. 2.

Imputari heredi debet.] Id est, computari, ut tanto minus restituat. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 2. (1).

(1) Add. Idem, *in Cod. h. t. Def.* 8. Jensius, *in Strict. ad Pand. p.* 373. mavult addere particulam *non*. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 61. cum D. Gothofredo, *heredem* intelligit *fideicommissarium*.

L. XXI.

Similem eum esse, Aristo ait, etc.] *Similem non esse*, Fab.

Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 81. *error.* 7. et *in Cod. h. t. Def.* 27. *in not.* Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 23. *num.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1269.] (1).

Et adversus agentem etc.] Creditorem. Vid. *L.* 1. §. 2. *et* 4. *h. t.* et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 13. §. 2. *p.* 352.

Et debitoribus] Contra quos actiones directas retinet.

Denunciare, ne solveretur.] *Solverent*, Rob. Steph. (2). Fab. *de Errorib. Pragm. loc. laud. ne ab iis solveretur.*

(1) Etiam Grotius, *in Flor. sparf. p.* 216. Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 14. *p.* 126. qui putat, priora Legis verba esse Aristonis: posteriora: *sed posse eum* etc. esse Pomponii ab Aristone dissentientis, et subintelligit *constat, puto*, aliudve simile verbum.

(2) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. XXII.

§. 1.

Non est dubitatum,] *Dubitandum*, Rob. Steph. (1).

Cogi posse heredem institutum adire,] Vid. *L.* 31. *pr. h. t.*

Et restituere hereditatem servis,] Non tamen suis. Vid. *L.* 16. §. 13. *h. t.*

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.* De verbo *repraestandum*, in *pr. h. l.*, vid. notata superius ad *L.* 47. *de action. emt. vend.* Quaedam ad hoc *pr.* notavit Jens. *Strict. ad Pand. p.* 374.

§. 2.

Quantum quartam facit, et quartae fructus:] Ergo non semper sufficiunt quartae fructus quinquennii. Fab. *Cod. h. t. Def.* 18. et *de Errorib. Pragm. Dec.* XI. *error.* 4. *num.* 7. (1).

(1) Add. de hoc §. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 16. §. 6. *p.* 253.

§. 3.

Et vel servi decesserint, vel aliae res perierint,] Facit huc *L.* 58. §. 6. *h. t.*

Placet non cogi eum reddere, etc.] Vid. *L.* 34. *fam. ercisc. L.* 77. §. 18. *de Legat.* 2do.

Sed et si, cum distrahere deberet, non fecit lata culpa, non levi, et rebus suis consueta negligentia:] Vid. *L.* 32. *deposit.* et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 1. (1).

Hujusmodi rei rationem reddet.] Ergo hic alienatio necessaria. Jason. *ad L.* 3. §. 3. *h. t.* Carpzov. *Defin. Forens. Part.* III. *Const.* 8. *Def.* 32. Omisit hoc Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* III. *Cap.* 8. Add. de periculo nominum *L.* 77. §. 18. *de Legat.* 2do.

Praeterea, si qui partus exstant,] Vid. *L.* 58. §. 4. *h. t. Erant* pro *exstant* legit Fab. *loc. modo laud.*

Quia *in fructibus hi non habentur.*] Pro *quia* Al. habere *quamvis*, dicit et probat Charond. *Verisimil.* II. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 740.] quod non probo.

Sed et ipse si quem sumtum fecit etc.] Vid. Fab. *in Cod. h. t. Def.* 8.

Aedes usu adquisitae *sint,*] *Absumptae* legit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 2. deleto *usu.* (2).

(1) Add. Voet. *ad Tit. de Legat.* §. 50. qui pro *sed et si* cum Hal. legit: *sed si*, et in praec. verbis *culpam dolo proximam* significare putat *culpam levem.*

(2) Nihil mutat Pothier. *h. t. num.* 2. et *usu* exponit *usucapione.*

§. 4.

Cum proponeretur quidam filiam suam heredem instituisse, etc.] Idem in extraneo, sub eadem conditione gravato, admittit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 20. *error.* 3. non recte, ut puto.

Ac

Ac si, quod superfuisset, rogata esset restituere:] Hinc fundus *Nov.* 39. Giphan. *ad L. ult. Cod. comm. de Legat.* Cujac. *ad d. Nov.*

§. 5.

Ideoque nec quarta retinetur.] Add. Fab. *Cod. h. t. Def.* 1. Quid, si fiduciarius fideicommissarium iterum gravatum heredem faciat. Fab. *ibid. Def.* 14. *in not.* (1).

(1) Verba praecedentia: *legari enim posse etiam portionem hereditatis, placet nobis*, Compilatoribus Pand. adscribit D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 2. *p.* 234.

L. XXIV.

Si non sub appellatione *heredum*,] Id est, nomine appellativo. Otto, *Papinian. Cap.* 9. §. 3. *p.* 218.

Sed propriis nominibus expressis etc.] Add. *L.* 124. *de Legat.* 1°.

L. XXV.

Ad heredem pueri fideicommissum pertinere.] Quod pro singulari habet Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 24. *seq.* per *L.* 16. §. 1. *h. t.* (1).

(1) Late de hujus Legis argumento egit Averan. *Interpr. Jur.* IV. 6. *seqq.*

§. 2.

Libertate favore sui servata:] Triboniano adscribit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 7. et *Dec.* 88. *error.* 2. respicienti ad *L. ult.* §. 3. *Cod. comm. de Legat.* olim enim erat alienatio libera. *L.* 70. §. 1. *h. t.* Aliud vult Bachov. *Adv. Fab. d. Dec.* 88. *error.* 2. (1).

Hoc amplius, etsi ignorasset filius etc.] Conf. *L. ult.* §. *ult. de Legat.* 2do.

(1) Add. van de Water, *Obs. Jur. Rom.* II. 5. *p.* 143.

§. 3.

§. 3.

Sed et si servus iste a Sempronio heres institutus sit,] Jam ante.

L. XXVI.

Sed *Municipes ad eas admittuntur.*] D. Goth. *in not.* „Al. *sed et.*" etiam Rob. Steph. (1).

(1) Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 5. *p.* 93. *sed* pro *sed et* accipit. add. notata superius ad *L.* 8. §. 15. *de transaction.* et ad *L.* 7. §. 2. *ad L. Aquil.* De *SCto Aproniano* vid. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 22. §. 5. *not.* 13. add. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 3. §. 41. ibiq. Stockmann.

L. XXVII.

§. 1.

Sicut fructus ante aditam hereditatem etc.] Scil. percepti.

§. 2.

Qui suspectam sibi hereditatem dicit, nullum commodum etc.] Vid. Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 5. *num.* 6. et *Dec.* 32. *error.* 1. *num.* 8.

Et ideo si pupillo substitutus fuerit, itaque *quisquis* etc.] *Substitutus fuerit ita, quisquis* etc. Rob. Steph. (1).

Retinebit pupilli hereditatem,] Quam jam alieno beneficio habet.

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 3.

Quare etsi non immiscuerit se hereditati, etc.] Vid. Fab. *Cod.* VI. 22. *Def.* 39. add. Bachov. *Adv. Fab. Dec.* 98. *error.* 2. *num.* 2. Aliud *L.* 6. §. 2. *h. t.* ubi non vult restituere, et Praetor absque immixtione eum ad

hoc cogere nequit. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* 12. *Thes.* 3. *Lit. a. p.* 714. *seq.*

§. 4.

Primum, quia sub conditione fideicommissum datum est,] Haec ratio non sufficit. *L.* 11. §. 2. *h. t.* Glosf. *h.* (1).

(1) De quo vid. P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 9. *p.* 32. *seq.* ubi etiam alii laudantur.

§. 5.

Satis erit, vel unum cogi adire:] Vid. *L.* 11. §. 1. *h. t.*

§. 6.

Plane non est compellendus adire, si jam filius etc.] *Plane est compellendus adire, si non jam filius* etc. Cujac. *Obs.* III. 6. [et XVII. 3.] probante Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 17. *Thes.* 5. *Lit. d. p.* 1105. *seq.* (1) qui tamen aliter et rectius exponit: aut plura excidere post τὸ *possessionem.*

(1) Aliter Jauch: *de Negation. Pand. p.* 199.

§. 8.

Quotiens quis suam *hereditatem*, etc.] Non alienam. Vid. tamen *L.* 16. §. 5. *h. t.*

§. 9.

Ut (hereditatem Titii restituas, tuque (1)) hereditatem Maevii etc.] *Hereditatem Titii*, tibi delatam. Vid. *L.* 17. §. 1. *h. t.*

(1) In hoc supplemento Taurellium Haloandrum secutum esse, et integrum versum hic excidisse videri Librario, notat Brencm. *h.* Vulg. habet: *ut here-*

delatam Titii adeas et restituas, tuque hereditatem etc.

§. 10.

Et Titianam] Tibi delatam.

Dimidiam et quartam ex fideicommisso restitues:] Dodrantem. Vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.*

Non poterit te compellere ad adeundum.] Obstat *L.* 16. §. 5. *h. t.* Vid. *ibid.*

§. 11.

Familiae erciscundae judicium] *Utile.* Vid. *L.* 40. *fam. ercisc.*

§. 14.

Omni commodo prohiberi debere.] Vid. §. 2. *h. l.* *L.* 43. *eod.*

§. 16.

Heres ex asse erat instituta etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Julian. Digest. in expl. h. l.*

Ejus *quadrantis fructibus perceptum est,*] *Ejusque,* Rob. Steph. (1).

Ex stipulatione (2) *agi poterit.*] Ut pro rata restituant Legatarii.

Si in tantum excreverit (3), *ut quantitatem etc.*] Facit huc *L.* 18. *h. t.*

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) *Si cui plus quam per L. Falcidiam* etc. Pothier. *h. t. num.* 7.
(3) Editores locum hunc ita restituere: *ut si omni modo quadrantem excedit fructus, et in tantum excrevit,* etc. notat Brencm. *h.*

§. 17

§. 17.

Detracto pretio servorum, hereditatem restituere debebit.] Vid. tamen *L.* 16. §. 13. *h. t.*

L. XXVIII.

Sufficiat autem, jus tuum tibi integrum conservari, etc.] Circa actiones utiles, quasi nemo esset intermedius. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 10. in fin.

L. XXIX.

Et hoc ita intelligendum est, si non aliquid etc.] Triboniano adscribit Fab. *Conj.* V. 19. et *de Errorib. Pragm. Dec.* 15. *error.* 7. et *Dec.* 71. *error.* 3. (1).

(1) *Coccejum Campanum*, cujus hic mentio fit, diversum esse a Campano JCto, docet Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 27. *p.* 247.

L. XXX.

§. 4.

Et heres *institutus*, etc.] D. Goth. *in not.* „Al. *si Princeps heres* etc." Rob. Steph. *si Princeps heres sit* etc. (1).

Non amplius Principem pati vindicaturum.] Nempe ex caussa, quia actionibus heres non oneratur. Cujac. *ad Nov.* 1. *p.* 534. ubi lectionem Florentinam in *pr.* §. defendit: quod mihi dubium etiam ob *seq.* §. (2).

(1) Vulg. *si Princeps sit institutus* etc. Vid. Brencm. *h. l.*
(2) Sequitur tamen Cujacium Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 20. *p.* 119. nisi quod, ope geminationis, legi malit: *et heres si institutus*, etc. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 58.

L. XXXI.

§. 2.

Si facti est conditio, etc.] Et in ejus potestate. *L.* 63. §. 7. *h. t.* Haec a mala manu turbata esse, putat Herald. *Obs. Cap.* 19. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1333.] et sic legit: *si in dando sit conditio, offerente fideicommissario, debet parere, et adire et restituere. Ceterum, conditiones, quae non sunt in potestate heredis*, etc. reliqua rejicit, improbante Salmasio, *ad Jus Attic. Cap.* 19. *p.* 405. *seq.* sed satis non facit (1).

Vel si in dando sit,] *Vel sicut in dando fit*, Leonin. *Emend.* II. 9. qui haec: *sicut in dando fit*, parenthesi includit.

Et tunc necessitas imponitur,] *Heredi*, Rob. Steph. (2).

Ceterae conditiones, quae non sunt in potestate heredis, etc.] Non intelligo *impossibiles*, ut Salmas. *d. loc.* *p.* 409., sed quae non sunt pronae impletu.

(1) Probe recte se habere hanc Legem, nihilque ei a Triboniano adjectum, docet Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 1. add. Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 20. et Trotz. *Memor. Propag.* I. 3. §. 58. *p.* 369. *seqq.* Vid. et Wissenbach. *Embl. Tribon. Cap.* 5. *p.* 100. et Jo. Wybon. *in Tribon. defens. p.* 340.

(2) Vulg. et Nor. *imponitur heredi hereditatem adire.* Vid. Brencm. *h.* probante Ruckero, *d. loc.*

L. XXXII.

Celsus Lib. XX. *Digestorum.*] Junge *L.* 6. *de Censib.* ubi pro *Lib.* XXV. Cujac. *Obs.* X. 35. legit: *Lib.* XX.

Rebellianus] D. Goth. *in not.* „*Trebellianus*, Hal." et Rob. Steph.

Si caverit Coloniae Philippensium (1), etc.] Vid. Franc. Mars. Gordon. *Praetermissor. Cap.* 2. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 830. *seqq.*] ubi refutat Cujacium, *Obs.*

Obs. IV. 39. quem citat D. Goth. *in not.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 47. *error.* 10. et Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. (2).

Perinde quasi specialiter hoc testator expressisset.] Ob affectionem Testatoris in coloniam. Gordon. *d. loc.*

(1) De Colonia Romanorum Philippensi vid. Spanhem. *de Praestant. et us. Numism. Diss.* XIII. *Cap.* 3. *Tom.* II. *p.* 600. *seq.*

(2) Etiam Ludov. Vital. *Lect. Var.* I. 1. *num.* 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 623. Verba: *id est, pecuniam*, cum Cujacio, *loc. cit.* delet quoque Pothier. *h. t. num.* 9. Aliter Jens. *Strict. ad Pand. p.* 375. *seqq.* ubi de hac Lege.

L. XXXIII.

Si, qui quadringenta in bonis habebat, etc.] De hac Lege Merend. *Controv. Jur.* XIV. 36. sed intricate (1).

(1) Vid. et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 378. *seq.*

L. XXXIV.

Idem Lib. II. *Regularum.*] Junge *L.* 15. *de reb. dub.*

Ad partem hereditatis non admitti:] Ab alterutro enim relicta est, non ab utroque, et quis ille, probari nequit (1). In *L.* 34. *de vulg. et pup. subst.* et *L.* 9. *de reb. dub.* substitutio fit non in partem supremi morientis, sed morienti supremo, qui ibi duo sunt. Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. d. L.* 34. (2). Sed Chesius, *Differ. Jur. Cap.* 17. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 663. *seqq.*] (3) putat, hic rogatum impuberis heredem, juxta *L.* 92. *in fin. de Legat.* 1°. et de una tantum hereditate cogitatum. Non insubtiliter: prius tamen non liquet hic factum esse.

(1) Add. Pothier. *Tit. de Legat. et fideic. num.* 8.

(2) Add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de vulg.*

et pup. subst. §. 25. et Ed. Amisfort. van Voorst, *de Jure, quod oritur ex commorientibus, Cap.* 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 377. *seq.*

(3) Ubi late de hac Lege, de qua vid. et D'Arnaud. *Var. Conj.* II. 11. *p.* 297. *seqq.* qui in fine Legis pro *ad utriusque hereditatem* legit: *ad utriusque hereditatem totam*.

L. XXXVI.

Paulus Lib. XIII. *ad Edictum.*] Ubi egit de arbitris ex compromisso.

Si ante cum herede (1) *compromissum est*,] Non de re alienari vetita, sed de credito forte. Sand. *de Prohib. rer. alien. Part.* III. *Cap.* 3. *num.* 13.

Puto fideicommissarium cavere debere heredi:] D. Goth. *in not.* „Imo, cavere non debet. etc." ἀλλότριον.

Quibus necesse habuit promittere omittere, *obstrictus manebit:*] *Omittere* abest apud Rob. Steph. (2) recte. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 26. *num.* 3. *p.* 273. pro *omittere* legit: *remve mittere*, ut *L.* 15. §. 16. *et* 20. *de damn. inf.* vel, *omni de re* (3).

(1) Vulgo *cum herede* absunt. Vid. Brencm. *h.*
(2) Etiam apud Hal., tanquam male repetitum ex praecedenti *promittere*. Vid. Geb. *h.*
(3) Aliter Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 18. *p.* 99.

L. XXXVII.

Sed et si verbo dixit se restituere, etc.] Vid. Senec. *de Tranquill. anim. Cap.* XI.

Sed et si voluntate tua alii *restituerit*, etc.] Uti nuncio, aut procuratori meo. Fab. *Cod. h. t. Def.* 7. *not.* 8.

Item si alius jussu meo restituit, *vel ratam* habuit *restitutionem*,] *Restituerit* — *habuerim*, Rob. Steph.

§. 1.

Ne se quidem auctore pupillum restituere etc.] *Sibi* inserit Rob. Steph. (1) recte.

Qui Arrio *Antonino* etc.] *Aprio*, Flor. male. Vid. Augustin. *Emend.* III. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1519.]

(1) Etiam Hal. Vid. Geb. *h.* — In verbis seq. *L.* 38. *Non enim solutio est* etc. subintelligit *tantum* Ant. Augustin. *d. loc.* II. 1. *p.* 1466. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 12. ope geminationis, legit: *non enim solum solutio* etc. Aliter Puttman. *Diss. var. jur. Civ. Cap. contin. Cap.* 3. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 120. — Verbum *indistincte*, in seq. *L.* 39., a Triboniano esse, putat quoque Pothier. *h. t. num.* 41. Vid. et Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 100. *seq.* Aliter Jo. Wybo, *in Tribon. defens. p.* 341. *seq.*

L. XL.

Immo et caussa naturalium obligationum *transit.*] Quae alioqnin *facti* magis sunt, quam *juris. L.* 41. *de pecul.* add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de reb. corp. et incorp.*

§. 1.

Verum hoc jure utimur, ut et successor heredis etc.] Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 7.

L. XLIII.

Et eam suspectam dicens, compulsus *adit*,] Aliud, si volens. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 4. (1). Facit huc §. 3. *Inst. de fideic. hered. L.* 27. §. 2. *h. t.*

Deinde fideicommissarius ignarus sit,] D. Goth. *in not.* „*gnarus sit* (2), Cujac. etc." Probante Fabro, *d. loc. num.* 13. et Noodt. *ad Tit. Pand. de hered. vel act. vend.* vs. *Posset exposita videri* etc. (3).

Adcrevisse portionem hereditatis post restitutionem scripto heredi.] Ergo non fideicommissario.

An opus sit ei alia actione?] D. Goth. *in not.* „*additione*, Cujac. etc." *Coactione*, Ant. Fab. *d. loc. num.* 10. (4). Sed vid. Noodt. *loc. laud.*

De illo plane loco (5) *solo quaerendum ait*, etc.] Vid. Ant. Fab. *d. loc. num.* 13. et *error.* 5. *num.* 6. et Scip. Gentil. *de Jur. adcresc. Cap.* 15. [*Oper. Tom.* I. *p.* 258.] (6).

(1) Add. Vinn. *Select. Quaest.* I. 55. et Pothier. *h. t. num.* 100.

(2) Vel *gnarurit*, quod tamen verbum Papinianum, si revivisceret, pro suo agniturum esse, non putat Otto, *in Papinian. Cap.* 6. §. 7. *p.* 110.

(3) Etiam Jauch. *de Negation. Pand. p.* 192. *seq.* et *p.* 212. A. G. Pagenstecher. *Adversar.* II. 9. Pothier. *d. loc.* Dissentit Jos. Fern. de Retes, *Opusc. Lib.* III. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 183. add. Gluck. *Tit. de hered. vel act. vend.* §. 1014. *p.* 360. *seqq.* ubi de hac Lege pluribus egit.

(4) Etiam A. G. Pagenstecher. *loc. cit.* Aliter Jos. Fern. de Retes, *loc cit.* et Gluck. *d. loc.*

(5) Librarium pro *solo* perperam *loco* scripsisse, dein correctionis caussa *solo* addidisse, notat Brencm. *h.* adeoque hanc vocem tanquam spuriam recte omisit Hal. Vid. Geb. *ibid.*

(6) Add. Noodt. *loc. laud.*

L. XLIV.

Postulante Sticho, etc.] Vid. Merill. *Obs.* VII. 15. (1).

Mox Stichus, antequam moram etc.] Per hanc enim fingi restitutionem esse factam, putat Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 24.

Ceterum existimo, idem in herede ejus constituendum, etc.] Vid. Fab. *d. loc. num.* 13. *seqq.*

Perinde bona ejus creditoribus hereditariis vendere permittendum est, etc.] Vid. *L.* 11. §. 2. *h. t.*

(1)

(1) Et Wissenbach, *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 10.

§. 1.

Sed in huiusmodi quaestione etc.] Vid. Merill. *Obs.* VII. 16. (1).

Desidero verbo tenus mihi restitui hereditatem,] Vid. *L.* 37. vs. *sed et si verbo. h. t.*

Ut ex Trebelliano *SCto agenti* (2):] Non *Pegasiano*: nam quarta est salva.

Nec fructus fideicommissarium sequitur, *si mora non intercessit.*] Vid. *L.* 22. §. 2. *h. t.*

Sed quia non ut heres fideicommissum, *ut sic dixerim*, *suppleat*, etc.] Ut *L.* 33. *h. t.*

Sed cum hereditarios nummos foeneraverit,] Vid. *L.* 24. *de us. et usufr. leg.*

Qua suo periculo foeneravit,] D. Goth. *in not.* „*quia suo.*" Ita Rob. Steph. (3).

Augmentum heredis *recepit.*] *Heres*, Rob. Steph. (4).

(1) Add. Pancirol. *Thes. Var. Lect.* II. 106. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1213. *seq.*

(2) *Restitui hereditatem ex SCto Trebelliano*, *ut agens ex eo competentibus actionibus* etc. Pothier. *h. t. num.* 12.

(3) Etiam Hal. et omnes, probante Brencm, *h.*

(4) Etiam Vulg. et Nor. Vid. Brencm. *h.* cui haec dictio ex superiore versu hic iterum irrepsisse videtur. *Heredis* dictum pro *ab herede*, putat Seip. Gentil. *Parerg.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1280.

L. XLV.

Quasi ex Trebelliano *eam restituturus*:] *Pegasiano* scripsisse Modestinum, putat Merill. *Obs.* VII. 15. *et* 34. Potius in sequentibus Tribonianus quid mutavit, quam hic. Sed nec id probo. Sane, si ex Pegasiano restituisset,

ſet, penes illum manſisſent onera. §. 6. *Inſt. de fideic. hered.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 3. §. 2. *not.* 6. et Vinn. *ad* §. 6. *Inſt. de fideic. hered.* Vid. et de hac lege Brencm. *de Eurematic. Cap.* XI. et Puttman. *Interpr. et Obſ. Cap.* 2.

L. XLVI.

Cum ad annos ſedecim *pervenisſet,*] Al. *quatuordecim*: male. Vid. Brencm. *Animadv.* II. 1. [in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 631.] (1).

Quoniam dies fideicommisſi vivo Oceano ceſſit:] Haec expungit Herald. *Obſ. Cap.* 6. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 1320.] male. Vid. Salmaſ. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 18. *p.* 386. (2).

Si prorogando tempus ſolutionis, tutelam *magis* etc.] Bonorum, non perſonae. Perrenon. *d. loc.*

Heredi fiduciario *permiſisſet,*] *Fiduciariam*, Salmaſ. *d. loc. p.* 388.

Quam incertum *diem* etc.] Scil. an esſet venturus. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 1. *num.* 22. Salmaſ. *d. loc. in certum*: male. Incertus enim hic dies. *L.* 22. *tit. ſeq.*

(1) Add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 28. *not.* 89.

(2) Add. Hier. van Alphen, *Disſ. de Javolen. Prisc. Part.* II. *Cap.* 1. §. 4. in Nov. Theſ. Disſ. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 65. *ſeq.*

L. XLVIII.

Paulus Lib. XIV. *Reſponſorum.*] Junge *L.* 24. *ad L. Falcid.*

L. L.

Imp. Hadrianus etc.] Vid. Cujac. *Obſ.* XXVII. 5.

Ac

Ac multa in fraudem fideicommissi fieri probaretur,] Quid si alia bona, liberis debita, pater dilapidet? Fab. *Cod.* VI. 34. *Def.* 3.

Damnum conditionis propter fraudem inflixit:] An non etiam potuissent bona locari, et reditus patri tribui? Fab. *Cod.* II. 39. *Def.* 10. Sed hoc plenius.

Ex accessionibus hereditariis emolumentum (1) *praestari.*] Ergo etsi fructus bonorum patri non cedunt, debentur tamen ei alimenta. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* II. *Const.* 10. *Def.* 10.

(1) Vocem hanc non mutandam in *alimenta*, quamvis id videatur Basilicorum suffragio confirmari, monet Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 12. *in fin.*

L. LI.

Cum heres deductis Legatis etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.*

Etiamsi quartam, *quam per L. Falcidiam retinet*, etc.] Lege: *quarta* (1).

(1) Ita Hal. et omnes, probante Brencm. *h.*

L. LII.

§. 1.

Cum portio ejus ad alterum pervenerit, defendi poterit adire cogendum:] Non obstat *L.* 16. §. 16. *h. t.*

L. LIII.

Non est cogendus heres etc.] Vid. *L.* 16. §. 16. *L.* 55. §. 2. *h. t.*

L. LIV.

Titius rogatus est, quod ex hereditate superfuisset etc.] Vid. Cujac. *ad Nov.* 39. *p.* 586. et Merend. *Controv. Jur.* VI. 24.

Si

Si non intervertendi fideicommissi gratia etc.] Vid. *L.* 58. §. *ult. h. t.*

Quae hereditate *factae dicebantur*,] *Ex hereditate*, Rob. Steph. (1) quod male abest a Flor.

(1) Etiam Hal. et Vulg., Vid. Brencm. *h*, qui mavult: *e hereditate*, et sic quoque Rucker. *Obs. Cap.* 3. §. 9. ope geminationis.

L. LV.

Si patroni filius extrario (1) etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. h. l.*

Nec ei nocebit exceptio,] *SCti Trebelliani*, quod actiones transtulit.

(1) Vid. de hac voce notata superius ad *L.* 78. §. 3. *de Legat.* 2do.

§. 2.

Non est contrarium, quod Legata cetera etc.] Hoc facit ex persona heredis. Cujac. *d. loc.*

Secundum quae potest dici, non esse priore tantum desiderante cogendum etc.] Cum fideicommissarius primus non possit esse loco heredis. (1).

Ubi nulla portio] Hereditatis et actionum.

Remansura sit apud eum:] Primum fideicommissarium.

Sed et si sine fructibus rogatus est reddere, non erit idonea quantitas etc.]. Quoniam non manet instar heredis.

Quod si prior recusaverit, placuit, ut recta via secundus etc.] Vid. *L.* 16. §. *ult. h. t.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 87.

§. 3.

Cur enim non videatur indignus, ut, qui destituit supremas defuncti preces, etc.] Vid. Sand. *Decis.* IV. 4. *Def.* 7. (1).

(1) Add. Voet. *ad Tit. Pand. de adq. vel om. hered.* §. 38. De voce *translatitie* vid. Brisson. *de Verb. Sign.* add. Rittershus. *ad Phaedr. Lib.* V. *Fab.* 7.

§. 5.

Actiones temporariae Trebelliani solent esse,] Apud fideicommissarium. (1).

Potestas enim evictionis etc.] Vid. Matth. *de Auction.* I. 14. *num.* 11.

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 54.

L. LVI.

Ante restitutam hereditatem in possessionem hereditatis filiam quoque mitti (1) *placuit.*] An ergo fideicommissarius est legitimus contradictor? Vid. Bartol. *h. l.* et Fab. *Cod. h. t. Def.* 27.

(1) Papinianum addidisse verba: *ex Edicto D. Hadriani*, sed ea subtraxisse Tribonianum, putat Wissenbach. *Emblem. Tribon. Cap.* 5. *p.* 101. Sed vid. Jo. Wybon. *in Tribon. defens. p.* 340. *seq.* add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 6. §. 255. *in not.* ibiq. Walch. et Otton. *in Papinian. Cap.* 17. §. 3. *p.* 685.

L. LVII.

Heredes mei, quidquid ad eos ex hereditate bonisve meis etc.] Sic et *L.* 83. *de Legat.* 3°. add. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.*

Nihil de fructibus pendente conditione perceptis etc.] D. Goth. *in not.* „Imo, fructus veniunt. *L.* 32. *in fin. h. t.*" Ibi ex cautione agitur, quae fructus videtur continere. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. (1).

(1) Pari modo Pothier. *h. t. num.* 9. Alter. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 375. *seqq.* Ex male intellecta hac Lege quosdam collegisse, Papinianum Bene-

ven-

vento, Samnitium civitate, originem duxisse, notat Otto, *in Papinian. Cap.* I. §. 1. *p.* 3.

§. 1.

Cum ita fuerat scriptum, etc.] Vid. Fab. *Conj.* XIII. 18. *et* 20. unde patet, hoc responsum non esse extendendum ad alios casus, ubi non haec omnia concurrunt. add. Idem, *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *error.* 6. *num.* 6. *seqq. Dec.* 31. *error.* 3. *num.* 16. *seqq. Dec.* 55. *error.* 6.

Quod si uterque sine liberis diem suum obierit, etc.] Nisi id accipias, cum Fabro, de posterius moriente solo, erit absurdum, quod duo erunt in solidum substituti primo morienti. Tota autem hereditas memoratur, quia casus spectatur, quo uterque defecisset: et hoc non addito, Claudia habere tunc non posset, nisi dimidium: quod et nunc Testator vult eam habere, eo deficiente, cui soli substituta est. Et hoc secutus sum in responso magni momenti *d.* 31. Januarii 1707.

Sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conveniat, etc.] Ut in fideicommissis moris est, et qui fecit, ut haec etiam hoc casu admitteretur. Non idem *L.* 10. *Cod. de impub. et al. subſtit.* ubi Raguell. add. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de vulg. et pup. subst.* §. 26. Perez. in *Praelect. ad Tit. Cod. de imp. et al. substit. num.* 26. Huber. *in Prael. ad h. t. Pand.* §. 7. Ranchin. *Var. Lect.* II. 3. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 935. *seq.*] Caes. Costa, *Var. ambig. jur.* III. 16. [in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1256.] (1). Sed vereor, ne Papinianus aliud spectarit, quam DD., et ne extra casum substitutionis reciprocae praecedentis hoc cesset. Vid. Fab. *Conj. loc. cit.*

(1) Vid. et Merill. *ad* 50. *Decis. Justin. Cap.* 41. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 1. *num.* 6. Pothier. *Tit. de cond. et demonstr. num.* 142.

§. 2.

§. 2.

Deficiente vero gradu nepotum, ex cognatis, quam velit, personam eligi posse.] Vid. ad *L.* 77. §. 32. *de Legat.* 2do. et Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 53. *error.* 2. et *Dec.* 54. *error.* 10.

L. LVIII.

Deducta quarta parte restituere rogatus etc.] Vid. Cujac. *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.*

Pecuniae quoque debitae dodrans ex caussa fideicommissi petatur:] *Petetur*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. imo et Flor. ita correctum. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Non idcirco nominum periculum ad heredem pertinebit, quod etc.] Vid. ad *L.* 22. §. 3. *h. t.*

§. 3.

Acceptis centum, centum hereditatem rogatus restituere, etc.] Al. *Nummis acceptis centum hereditatem* etc. Steph. *Acceptis nummis centum hereditatem* etc. (1).

Diversa caussa est praediorum etc.] Vid. *L.* 91. *ad L. Falcid.*

Cum autem praedia majoris pretii, quam portio *hereditatis essent,*] Quam restituit coheredi. Vid. Cujac. *loc. cit.* add. Gabr. Vall. *ad L.* 91. *ad L. Falcid.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 452.

(1) Vid. Brencm. *h.* Etiam Cujac. *loc. laud.* alterum *centum* delet.

§. 4.

Ancillarum partus non retinebit,] Add. *L.* 22. §. 3. *h. t.* D. Goth. *in not.* „ Imo, restituere partus non cogi-

gitur. *L.* 14. *in fin. de usur.*" add. *L.* 41. §. 10. *de Legat.* 3°. ut, quamvis non sit in fructu, hic tamen fructus imitetur: quod Cujacio, *loc. laud.* aequius videtur (1).

(1) Aliter Leges illas explicat, et conciliare conatur Galvan. *de Usufr. Cap.* 29. *num.* 7. quem laudat Otto, *in Papinian. Cap.* 12. §. 2. *p.* 371. Vid. et Jens. *Strict. ad Pand. p.* 380. *seqq.* et D. G. van der Keessel, *Diss. de Usuc. partus et foetus rei furtiv. Cap.* 3. §. 1. *seq.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 221. *seqq.*

§. 6.

Res hereditarias distrahere non cogatur heres.] Vid. *L.* 22. §. 3. *h. t.*

Sortium, quae de pretiis earum redigi potuerunt, usurae propter usum medii temporis perceptae non videbuntur:] Ut nempe heres has patiatur sibi in quartam imputari, quas non accepit. Vid. Cujac. *Obs.* XXIV. 40.

Sed nihilo minus usus et casus eorum quadrantem quoque deminuit.] Uti totam hereditatem.

§. 7.

Fructus superfluos *restituere non videtur rogatus.*] Excedentes quantitatem rerum relictarum. Conf. *L.* 3. §. 2. *de usur.* Franc. Mars. Gordon. *Praetermiss. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 828.] D. Goth. *in not.* „ Imo videtur rogatus. *L.* 3. §. 2. *de usur.*" Illic est rogatus de *bonis:* sub *hereditatis* voce non videntur hic comprehensi. *L.* 83. *de Legat.* 3°. et Testator dedit magis deminuendi potestatem, quam ut de augmento laboraret. Vid. post Merill. *Var. ex Cujac.* III. 32. et Donell. *Comm. Jur. Civ.* VII. 26. Wissenbach. (1) *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 7. Negationem hic tollit Cujac. *Obs.* XII. 10. et *ad Libb. Papin. Resp. in expl. h. l.* (2) con-

contra quem vid. et Perrenon. *Animadv.* I. 11. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 607.]

Cum ea verba deminutionem quidem hereditatis admittunt, (3)] A parte gravati.

Fructuum autem additamentum non recipiant.] Pro fideicommissario.

(1) Quem laudat quoque Jauch. *de Negation. Pand. p.* 193. add. citatos superius ad *L.* 3. §. 2. *de usuris* et Bilderdyk. *Obs.* I. 10.

(2) Etiam Perez. *in Prael. ad h. t. Cod.* §. 16. et Pothier. *h. t. num.* 27.

(3) *Admittant,* Hal. et omnes. Vid. Brencm. *h.*

L. LIX.

Debitor sub pignore etc.] Vid. de hac Lege Ant. Fab. Cod. VII. 16. Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Disp.* 29. *Thes.* 1. *Lit. g. p.* 985. *seq.*

Videamus autem, ne et pignus liberatum sit etc.] Cujus dominus est factus creditor, sed sine effectu. *L.* 139. *in fin. de reg. jur.*

Atquin *sive possidet creditor* actor etc.] *Atquin* pro *attamen,* ut *L.* 3. *de offic. Praetor. Actor* abest a Rob. Steph. (1).

Quoniam hereditaria est actio?] D. Goth. *in not.* „*non est*, Cujac. (2) etc." Amicus pro *quoniam* legit: *quamquam.* Ego vulgatam explico, quod illa, ut hereditaria, quoque exstincta est.

Neque fideicommissum, quasi minus restituerit, recte petetur:] Uti in *L.* 70. §. 1. *L.* 78. §. 6. *h. t.*

Verum est enim, non esse solutam pecuniam:] Facit huc *L. pen. de exc. rei judic.*

Quemadmodum dicimus, cum amissa est propter exceptionem.] Juris mere positivi, ut *praescriptionis. L.* 30. §. 1. *ad L. Aquil. plus petitionis. L.* 27. *de pignor. et*

hyp. non *parti*, etc. Bachov. *de Pignorib.* V. 2. *num.* 8. Sed Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* indistincte accipit. Facit huc *L.* 5. *quib. mod. pign. vel. hyp. solv.*

Remanet ergo propter pignus naturalis obligatio.] Facit huc *L.* 14. §. 1. *de pignor. et hyp.* Mirum ob accessorium sustineri principale. Bachov. *de Pignor.* V. 2. *p.* 366. ubi ait, id commentos JCtos contra juris subtilitates. Sed vid. *L.* 38. §. *ult. de solution.* et hic non est satisfactum, quod exigebat formula hypothecaria: et Cujac. *loc. cit.* notat, *Legem* 129. §. 1. *de reg. jur.* non habere locum, cum principalis ab initio constitit obligatio (3).

Nam et cum de lucro heres scriptus asit, etc.] Multoque magis hic, cum de damno agit. Pro *asit* Rob. Steph. *agit.* (4).

Responsum est, non esse cogendum adire, nisi legato praestito,] Per fideicommissarium. *L.* 11. *pr. L.* 27. §. 15. *h. t.*

Nec cogendum esse heredem *adire*,] Unum hunc, cum adsunt et alii.

Sed cum Testator alterutrum *dederit*,] Hereditatem vel Legatum.

Nos utrumque ei praestamus.] Etsi Legatum videbatur non deberi, quia adierat. Cujac. *d. loc.*

(1) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(2) Et *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* add. Pothier. *Tit. de solution. num.* 132. Dissentit etiam Jauch. *de Negation. Pand. p.* 180.
(3) Add. Pothier. *d. loc.*
(4) Probante Cujacio, *d. loc.* et Brencm. *h.*

§. 1.

Dotis pars matri ejus *redderetur*,] Pro *suae.* (1).

Pro parte matri adjudicaverat.] Cum deberet apud virum manere.

Quia

Quia non quasi heres, etc.] Quod omnino requiritur: et speciale est, quod in contrariam partem est judicatum apud Fab. *in Cod. h. t. Def.* 22.

Sed errore *ex pacto eam habuit.*] Nec enim ita adquiritur per liberos actio parentibus, ac ab his liberis. *L.* 26. §. 4. *de pact. dotal. L.* 23. *eod.* ubi Cujac. *Tract.* VII. *ad African.* (1).

(1) Uti et alibi. Vid. notata superius ad *L.* 27. §. 2. *ad SCtum Vellej.*

(2) Add. Noodt. *de Pact. et Transact. Cap.* 25.

L. LX.

Quoniam non fuit debitum, quod restituit.] Add. Os. Aurel. *Dispunct.* 42. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 794. *seq.*] (1).

(1) Et Merill. *Var. ex Cujac.* I. 42.

L. LXII.

Respondit, id quod in dotem fuisset, non contineri etc.] Vid. *L.* 22. §. 4. *h. t.*

§. 1.

Alumno certam pecuniam legavit, etc.] Facit huc *L.* 26. §. 1. *quando dies legat.*

An vero in id tempus sustinere, etc.] Id est, *exspectare.*

Respondi, secundum ea, quae proponerentur, posse.] Hic dies est adjectus in favorem Legatarii, ne is forte pecuniam perderet. Averan. *Interpr. jur.* II. 21. *num.* 23. (1).

(1) Add. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 388. *seq.*

L. LXIII.

Facta in fideicommissarium restitutione,] Non ante. Fab. *Cod. h. t. Def.* 3. et *Def.* 23. ubi exceptio *in not.*

§. 2.

Et postea de hereditate controversiam passus,] Aliud, si ante. *L.* 55. *in fin. h. t.*

§. 5.

Et medii temporis fructus perdit,] Vid. *L.* 18. *h. t.*

§. 7.

Nec impendium aliquid,] D. Goth. *in not.* „*impedimentum*, Hal. (1)" et Rob. Steph. Vid. de hoc §. Leonin. *Emend.* II. 9.

Si vero turpis aut difficilis sit conditio,] Non tamen Legibus vel moribus vetita: haec enim est pro non scripta, et heres non cogitur eam implere. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *in fin.*

Sed et remitti eam ab initio visum est,] Ne heres cogatur implere et adire. Leonin. *d. loc.* Pro *ab initio* Cujacius, *Obs.* XXI. 30. legit: *absurdum*, notatus a Leonin. *d. loc.* add. Suerin. *Repet. Lect.* I. 8. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 19. *seq.*] (2).

Plus enim tribui a Praetore etc.] Vid. ad seq. §.

(1) Hal. *impedimentum aliquod.* Vulg. *impedimentum aliud.* Vid. Brencm. *h.*

(2) Et Voorda, *Interpr. et Emend.* III. 15. Sed Cujacio adsentitur Trotz. *Memor. Propag.* I. 4. §. 4. *p.* 266. *seqq.* Voet. *ad h. t. Pand.* §. 45. in fin. supplet ex praecedentibus: *aperte iniquum.* Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 4. *p.* 191. legit: *sed nec remitti eam* etc. quod in contextum recepit Pothier. *h. t. num.* 94.

§. 8.

Ut hereditatem impleta conditione possit adire, et restituere.] Huc illa ex praec. §. *plus enim tribui* etc. transferunt Herald. *Obs. Cap.* 18. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1331.] et Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 216. Dissentit Salmas. *ad Jus Attic. et Rom. Cap.* 19. *p.* 402. *seqq.*

§. 9.

Sufficere *Edictum*,] *Sufficit*, Rob. Steph. (1).

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 10.

Si vero nominis ferendi conditio est, etc.] Vid. D. Goth. *in not.* add. *Diog. Laërt.* V. 70. Herald. *Obs. Cap.* 29. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1333.] Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 17. [in eod. Thes. *Tom.* II. *p.* 269. *seq.*] (1).

(1) Vid. et Trotz. *Memor. Propag.* I. 4. §. 3. *p.* 260. *seqq.*

§. 13.

Substitutus *Maevio*,] *Substituto*, Govean. *Repet. Praelect. ad Tit. de vulg. et pup. subst. num.* 56. [*Oper. p.* 100.] Frustra (1). add. Gomez. *Var. Resol.* I. 3. *num.* 8. *Qui substitutus est Maevio*, Rob. Steph. (2).

(1) Non tamen ab hac emendatione alienus est Jens. *Strict. ad Pand. p.* 392. quamvis malit, verba Legis quasi alio ordine collocata intelligere.

(2) Et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

L. LXIV.

§. 3.

Si coactus, in solidum transibunt actiones etc.] Vid. L.

L. 27. §. 13. *h. t.* ubi Gloss. add. Cujac. *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. L.* 60. *h. t.*

L. LXV.

Quia hereditatis adquisitionis *similis est haec restitutio*.] *Adquisitioni*, Rob. Steph. (1). add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 17. *num.* 23. *seqq.*

(1) Etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.* qui id praefert. Sequitur: *nec in ea re consensu*, aut *opera servi opus est.* Best. *Conj. quaest. ex Jur. Civ. Cap.* 3. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 216. legere mavult: *at opera servi* etc. et verba sequentia ita interpungit: *itaque si qui suspectam dicent hereditatem, postulante domino, compellendi erunt* etc.

§. 1.

Dicendum erit, compellendum heredem, etc.] D. Goth. *in not.* „Hodie non compellitur reddere, si *mulier* nubat. etc." scil. vidua ipsius (1).

(1) Add. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap.* II. 16.

§. 2.

Propter rerum judicatarum auctoritatem.] De qua Cassiod. *Var.* I. 5. add. Platon. *Criton, p.* 37. Cicer. *de L. Agrar. contra Rull. Cap.* 3. *in Oration. Pro Sylla, Cap.* 22. *in Verr.* V. 6. et plenius etiam alibi (1).

(1) Conf. Schulting. *Diss. ad L.* 1. §. *ult. de quaest.* §. 21. adj. ej. *Enarr. Part. Prim. Pand.* et H. G. Tydeman. *Diss. de Reb. judic. non rescind. Cap.* 5.

§. 3.

Nutu possint signifacere,] D. Goth. *in not.* „*significare*, Hal." et Rob. Steph. *Signifacere*, Salmas. *de Mod. usur. Cap.* XI. *p.* 471. (1).

Vel-

Velle se periculo suo hereditatem adire.] An, *adiri?*

Sed et infanti non dubito omni modo subveniendum;] Hodie res liquidior, post *L.* 18. *Cod. de jur. deliber.*

